gimus, qui ualentes corpore sint & illud habeant ingeniuū, quod magna ex parte natura mortalibus impartiri solita est: quorū discrimen contentio nostra declarare proponit. Quamplurimi namq; mortales tum ducū tum ioperatōs munere functi arte atq; prouidentia ut magna facinora fierent iter p̄ebuere, quæ tamē sine militū uiribus peragi posse renuendū ē. At q̄uis ab imperatore ipso imbecilli insidiae inuentæ sint: tum militū uirtute tum pertinacia uictoria ipsa parari solet. Neq; illud s̄apenumero compertū est: per astutiam tantū aut ualidum deuincere exercitū: aut munitas debellare prouincias. At q̄ uis ingeniuū & iusticiam sequatur: & magistris dignitatibus deco retur: & populum magna ex parte regere soleat: dum uires illi tolluntur: neq; plura neq; magna opera conficit. Illius enim præcipua potestas & imperium a multorū fauore atq; auspicio prouenit. Iusticiae si quidem contradicere & turpisimū est: & nō sine dedecore fit, quæ tamē inter mortales sine publico robore facile rumpitur. At intellectus proprietas & excellens magnitudo hac in parte constituta est: ut regendi ampliorē potestatē supra corporis uiros semper haberemur: & ea quæ singulis conueniat impartiri sciat: & exercitus ad tandem rem publicā & agere & ducere norit. Pacatis quoq; rebus salubri ocio & pacis p̄petuo amori cōsulat, qb; cōditionib; ioperator & pace & bello p̄aestare queat. Duobus demum imperatoribus cōstitutis quorum alter membros robore p̄aestet: alter uero in genu claritudine excellat: ceterum uero si æqua bellādi manus utriq; data esset: sapientē longe p̄aestare debere manifestū est. At uero cum hic ualidi illi uersuti numero pares pugnā consererent: fortiores longe excede rét: siue breuis siue lata decertantiū turba delegatur. Neq; ulli dubiū sit: per augumentū ualētiores corpore magis ac magis p̄aestare. Nam q̄uis p̄ insidias trophea quādoq; parta sint: s̄apī uictoria robur ac militū p̄tinaciā cōsequit̄. At quotiēscūq; magnæ copiæ a parua hostiū manu stragem coepерunt: aut nunq; æquo campo dimicatum est: aut par pugnandi copia omnibus minime cōcessa est. Nam aut maiores nūero: fame: frigore: illuui: squalore: siti: aestu: niuib?: naturae locorum permultaue uigilia enecti ac debiles constiterant: ubi neq; unus alteri subuenire: neq; hostem ferire: neq; semet tegere poterat. At pauci cōtra omni in re (pr̄ter numerum) p̄aestates ueluti lupi in peccū des omnia externere solent: ubi sui ferocia hostium tantū patientia experitur. Quo fit: ut minimo labore atq; momento & magna uictorib; p̄aëda & ingens uictis terror stragesq; relinquat. Li enim qui in his de

quibus locuti sumus rebus excellunt: cū (ut licet) suis uiribus utantur: eos alioq; afflito robore præstantiores reddi: māifestū est. At maiores natu cum ingenium ualidius obtineant: & tum peritia tum sa piétia præsent, q̄uis annis infirmi sint: cōmodius exercitib? præsunt eos q; rectius instruendo deducunt. At pugnam siquidem atq; certamina iuuentutis robur deuincere solet. Ars quippe uiribus iuuentus uero consilio indiger. Neq; unq; scriptorib? uti ipsarum rerum aucto rib? par gloria tradi debet. At ingeniosi magna ex parte scripsere, Fortes namq; quid memoriae mandandum esset gesse, q̄uis ad animi immortalitatem corporis uirib? sapientia ipsa longissime antecellat. At uero cum hæc quæ præcipua pars ( immo totum in nobis est: ut plerūq; fit) negligeretur: & singuli mortales uti liberet uagarent nulis adminiculis opem ferentibus: fortiores reliquos facile uincerent apud nos deniq; ingenium natura sua uires magnitudine præstant. Quanq; horum alterū alterius opem maxime egeat, neq; reliquū pluri mūm prodeſſe ſoleat. Validi enim maiores feras fecuti impetuosi maxima ex parte ſunt: At contra imbecilles ueluti uulpeculæ & astu & proditione nos inuadunt. Quāobrem uim in aperto inſidias autē in ſecretorib; locis uereri debere censemus. Quā rarissime ſiquidem compertū est: debiles aut iniurias aperte in ferre aut ſibi illatas aperto uicifīci marte aut aliqua cōcessa uia. Neq; ulli uindictæ generi parcūt, ad quam cum properare festinant omnibus moliuntur modis, neq; dormientes excitare curant: dū animi ſui breuitudinem expleant. Hu uiscemodi homūculi inennarrabili angore opes queritant: & uti natura bona aptitudo illis denegata eſt: non aliter cætera ſibi defutura existimant, qui dum ne adeo probroſi (uti ſunt) habeantur: defectus proprios alienis bonis contegere curant. Hoc tamen omnibus cōmu neſit: ſiue ingenii perspicacitate ſiue corporis uiribus ii præſtent: ſi ue etiā debiles fuerint: ut quisq; corpus exerceat ut quoquis in loco & tempore necessaria ſibi comparare & inter uiros cōumerari poſſe facile credat. Ii ſiquidē qui ignauia torpescunt: in obscuris ſue operib? uitam degunt: eos ipſos mente hebetari necesse eſt.

hæc deniq; pro uniuersa norma ubiq; ſeruari ſolet: ſeniores æta te ſenescente malicioſiores redi ſolere: & uti rectior corporis aptitudo defertur: ſensus & timorem & ſtrictiorem cōſtendi locū adiuicem ostendunt: arbitranturq; cum propriora euaneſcant: aliena non ſolum poſſidenda eſſe ſed & maxime aſtrigenda: & ſub mille latibris occultanda, quibus q̄uis breuior uitæ cursus q̄ iuuēibus a na

tura derelictus sit: cum nonnunq; e contrario accidere uideant: suæ auaritiae rationem capiunt. Nam si qui onerati senecta fortunæ amittunt bona: ea aliunde requirere pene impossibile est. At mortales ullos qui eos sine exuperanti precio curare uelint: reperi posse diffidunt.

Experimentū pro experientia a nōnullis inepte dictū. Caput. xix.

n Onnulli satis inepte experimentū pro experientia sēpe intelligunt, quoꝝ nomina q̄uis cognata & iudicetur & sint: res ipsae sub iisdem nominatæ non breui numero differunt. Aliud siquidem fabricare fabrum itidem aliud esse manifestū ē. Scribere quoꝝ ab ipsa scriptura differre omnes assentiunt. At cui præcipiuſ pernicitatis titulus tribuendus sit: & qui hac in ipsa currendi saliendue facultate præstanti nomine appellandus ē: eundem mediocres anteire debere palam est. Vt excellentes non sine discrimine nominemus: & magnitudinis differentia uti conceptibus sic propriis nominibus uarietur. Neq; aliter de experimentis censendū est: nō omnes enim q̄uis uaria experiantur: experientiā adipiscuntur: neq; eos omnes expertos dicere licebit. Experientia siquidem neq; una ex re aut uno in tempore aut a quopī homine colligi potest. Ea enim & multis rebus & longis temporibus & multa expientis sagacitate (ad hoc q̄ constare queat) id get. At cum totiens aliquo in genere res uarie expitur: ut sane apteq; cōstet: & quātū adiumenti nocumētiq; uti res aliae quib; ipsa applicatur uariant: maxima (imo fere tota ex parte) afferat: tūc experientia ipsa constabit. Nā qui a singulis expimētis ordinē artemue flatueret: facile decipetur. Nō pauca siquidē corpora q̄ maxie nobis aduersa naturæ nostræ bōa esse in cōgressu sēpe uisunt: & e cōtra. Vt uerū dēiq; sciri queat: res nimiū expurari purgariq; debere manifestū ē. Aurū siquidem quā a natura producit: nō eadē pfectiō ostēdit possidetq; quā quā sēpe ad ignē aliisq; opportuniſ instrumentis depuratū est. Vt proposi tum autē apertius dilucidetur: rei ipsius & non exemplis adulterinis utar. Nam quum ineptum hebetemq; hominem ob id quia is uaria expernatur: expertum nominamus: minime recte loquimur, quā aper tum sit huiusmodi homines neq; pluris precii opus attingere neq; experientiam colligere potuisse. Neq; aliter de præclaris ingēio uiris nihil tentantibus censendum est. Neminem enim litterarū expertum habemus: præter eos qui in litteris uersati sunt. At cū quispiam harū partiū alteram eligi: alteram uero negligi statuet: experientiā recte se stabitur. Ex illa enim longe certior q̄ ex litteris cognitio orta est. Nā quis ab ingenio ipso quandoq; aliqua noua prodeant: nūq; id fieri so-

Iet: ni prius res aliae ab inuentore uisae tractent: quae eundem ad experientiam deuehant.

Modus quo nam mortales ab ineunte aetate probe instrui debeant.  
Particula.xx.

m Odus quonam mortales ab ineunte aetate probe instrui debeant: q̄ plures cotinet partes, quae a nonnullis approbatæ sunt ea attamen norma cū minime communis sed a paucis admodum obseruari cernatur: nos eam altera in parte huiusc capitis explicare: in altera uero enormitatem detestari statuim?. Nec secus agere speramus: cum de principibus ac subditis nobis agendum erit.

e Ducatio ab iis hominib? sumi debet: quoq; imitatio sequaces laedere nequeat. Adolescentium siquidem mores saepenumero rectores emulantur. Quāobrem non inutile fore existimau: ea in me diū adducere: quæ ab iis hominib? haberi deceat: ut natura ipsa simul atq; habitus dissentire: & a mutuis uulneribus cadere uententur: dōec utraq; pars & magnitudine & uirtute aucta alteri subuenire queat. Dum ad septimū annum pueri perueniūt: ea licentia illis largienda ē: quā aetas ipsa appetierit. Neq; tūc ciborum copia ulla ex parte illis minui debet: dū ne illa morbos afferat. Neq; hanc uescēdi libertatē a nobis frustra pmitti iudices: quū tūc téporis mēbra nostra & magnitudinis & substātiae maiorē portionē assumat. Anim? quoq; hūanustunc ad uarias intendere partes initium facit. Neq; nimū eo tunc coercendi sunt: sed quantum ad imperium cognoscendum & parendum modulū satis sit: ne aut omnino liberi aut libertatis penitus expertes esse cognoscant. Illud namq; in posterum & ad uoluptates propensiores & ad uirtutes eos difficiliores reddit. Istud uero ut sibi cum maiores sint (quod longe minus decet) latius indulgeant: & proponere & quandoq; exequi facit. A septimo postmodū ad decimū annū iā uerbera (q̄uis nimirū moderata) quandoq; sentire: putile est. Hinc uero ad quintūdecimū tum mutare tum efficere mores necesse est: exacta siquidem castigando & uenturis modū faniendo: Et ueluti iū hactenus imperare præesseq; soliti erant: hinc e contra fieri peroppotunū est. Imprimis siquidem parere atq; subiici: illis imperandū atq; edocendum est. Qua in parte ab illius summi rectoris sui cognitione initiu agi debet: cui? præcepta q̄maxime colant, quæ q̄uis nō omnia expleant uti ab ecclesia maioribus natu imperatum ē: uel iis qui uitā haud multum laboriosam agūt: non omnia tamen negligenda sunt: saltemq; eam partē exequi quæ pro aetate ista sufficere uideat. Nam

quis tenera ætate ieunium aliqua ex parte obseruaretur ob unius profecto diei inediā parum adolescentes detrimenti caperēt: quū neque membra suum augumentū ob id deserat: neque sanitas imbecillior sed ualentior potius reddi soleat. Et ueluti hoc in tempore maiore nutrimenti partem mortales assumere solent: uerbis uerberibusque egent quænum iūrum rigorem attamen minime fortiatur neque restorē horre dum reddant: neque is ut timeat: uerum ut adolescentes moderate corrigit eos ferire debet. Rixaque peracta uapulantem uerberantemque æque affectum fuisse ostendit cōuenit. At tunc præceptor ipse causam latius explicando damnare debet: neque id solum prisorum uerbis sed & suis paterno amore subiunctis. At quū horum hominum quispiam ut terror sit subditis: eosdem punit: dū ipse adest illi a uitiis abstinentia: flagitia tamen excogitant: saltēque mēte peccant. Natura siquidē uario recreari modo appetere solita est: quæ quū duris legibus obligata coeretur: cā deteriorē in absconditū capere licentiā manifestū est. Deinde uero ad uigescimū illos ad uerum uirtutis iter (quoad fieri possit) deducere: ibique laxiores habenas præbere etiam decet, quas tamē omnino remittere nequaquam consulimus: quum tunc mortales ad utramque partem propensiōres esse maxime experiantur: cuius rei causa illam intelligēdi operandique ampliorē potestatē esse non temere arbitramur. Qua quoque in parte præteritae subiectiōis recordatio nō parū cōferre assūscit. At modū istum quē paulo altius rettulim⁹: omni in tempore obseruari debere: nimium conuenit: Immo uices rerum omnium non aliter interpretari debent: nisi ut quæque aduersa euenerint: ob scelerum culpam contingere credant. Prospera autem tum a diuina munificentia atque bonitate & pensatione bonorum op̄rum emanare (uti est) existimant. Neque uictoria illis sine thure atque precibus parati posse firmiter assentiant: neque a sui corporis uiribus sed & ab animi robore ueluti pudicicia: ueritate: fortitudine: clemētia: reliquisque eiusdem generis rebus uictoriā partam esse arbitrentur: neque etiā ob sua egregia facinora tantū sed ab hostiū quoque culpa magnam prodire partem existimēt: neque aliter aduersarios meritos esse ob eorum scelera credat quū p̄ turpitudinē uitā degant: nunc uentri nūc libidini indulgētes: ut non tantū gloriā affectātes: sed & poenā per timescentes: nec solis animi documentis sed per corporis exempla & honestum sequi & turpe fugere statuant molianturque: cuius rei etenim facilis in hunc modū erit. Nam quū solum animam corpore deferto fouere intenderis: iuuenes recte eruditū perarduum erit. Eorum

siquidem ætas naturæ; immo omnis caro (ut nihil inter mortales se  
 curum esse affirmem?) amœnam recreationem appetit. Quā ob rem  
 eam in honestis rebus quærere & licet & decet & eo modo & iisdem in  
 rebus demū exerceri: e quibus cum opus sit iuuari possim?: quæ quā  
 uis non multa uirtute ex exercitationes ex se excellant: non parum uti  
 litatis afferunt, quū nos peccare uetent: & ad meliora opera aptiores  
 reddant. At uero quū mores nostri adeo a recta uia aberrare conspiciā  
 tur: ii qui corporis agilitatem tum a natura tributam tum arte tū diu  
 tina consuetudine quæstā possident: nō parū ad uoluptates propen  
 siores sunt. Fit enim magna ex parte ut homines huiuscemodi pericu  
 losa uoluptuosaq; loca (in quibus caro ipsa oblectetur) petant, in qui  
 bus postq; peruentū est eos aliquo crimine nō oblini perarduum ac pe  
 ne impossibile est. Ad mala enim cōmittenda pluribus decausis mo  
 ueri solemus: tum ut magno in pretio a uulgo habeamur & uana ue  
 tosaq; assequamur nomina: tum ut opes facilius acquiram?: tū etiā  
 ut ab his quos amamus ardentius adamemur. Aliæ quoq; iis cognatae  
 causæ nos agitare solent: quo in tempore longe præstantius esset  
 eundem contemplari eiusq; reminisci: qui bona cuncta (nulla impel  
 lente necessitudine) cunctis largitus est. A uigilimo præterea no  
 stræ ætatis anno ultra & calcaribus & habenis uti (ueluti res tempus  
 atq; opportunitas requirunt) optima cōsultatio est. Quāuis ii qui  
 has cōditiōes habentes hoc officio fungi deberēt: aut nusq; sunt aut  
 non recte quæruntur: maxima enim (immo tota pene ex parte) e cōtra  
 fieri experitur. Alii enim tam saeuo imperio adolescentes coercent: ut  
 cum absunt eorum redditus a discipulis fine carere maxime optet de  
 tineatur ualtem: & discēdi desiderū in magistri perniciem uertūt.  
 Neq; ii interea a sceleribus abstinent. Ast alii dissimili uia simile no  
 cumentū impendere solent. Nam ueluti uitia coercere debuerant nō  
 solū iis sed ad flagitia ipsa patrāda & copiā & audaciā tribuunt. Neq;  
 id denegādū ē: iuuenes in actiōes uersari debere falconū more tamē,  
 qui cōtinuo erudiunt: ne uiles uolucres aut ultra suas uires feroce  
 pugnacesq; petat. An forte homines adeo cōtemnūtur: an hoc de quo  
 sermo est iter adeo arduum ē: ut miliorum morem imitari malint,  
 qui uariis peractis garris ea rapere solent quæ probis uenatorib; odio  
 sunt. Neq; hac in parte exēpla ipsa abscondere uolum?: huiuscemodi  
 quippe homines quū ieiuniū iperandū esset cibi copiā exhibent: & eo  
 tempore quo diuinā benignitatē & cognoscendam & pensandā esse  
 tum ratione tum diuinis documentis obligamur: deo maledicere in

stituūt, et dum sacris interesse adolescentes deberent: ipsos ludere im  
 perant. Quo fit ut uitæ sustentacula (opæ scilicet) una cum rubore  
 amittant: cuius loco illa humano generi tam maxime aduersa impu  
 dentia subit. Neq; alia huius cognata longe abest quā adhuc latini  
 sine nomine deferunt: hispani uero desembolturam recte dicunt, qua  
 quæuis & loca petuntur: & facinora nullo timore auctores aggredi  
 assuescant, quā nos uel uoluptatū nutricē uel uirtutum nouercā pro  
 pterea appellam?: ea enim & cuncta bona excruciat: & malis omnibus  
 alimenta præber. At pedagogi illi execrādi pro pudicitia assiduam ue  
 nerē dant. Nam quis si ueri amoris milites sese esse præsumat: nō pa  
 rū i proprio utunt uocabulo: quū ipsi illi pei? ceno submersi expiant.  
 Amor enī quē isti falso nominat: ad ea nos semp icitat loca quæ per  
 sufficientē causam a natura petunt. At si nō nisi spretis probrosis ac  
 dedecoris meretricib? cōiungi solēt, quib? iam p insolentē cōsuetu  
 dinem nullum amoris uestigium relictū est: sed crassandi in uolupta  
 tes cōcolor habitus inest. Neq; in has solum dedecoras turpitudi  
 nes adolescentes quoquo modo uersari cogunt: uerū id nefandum  
 facinorosumq; flagitiū illis esse suadent: quum mortalium quispiam  
 ab huiuscmodi sceleribus abstinet recteue operatur: eundē nihil esse  
 precii aperte pronunciant: neq; a curialium numero cōcludi posse cō  
 mentantur. qua causa erynnie agitentur ignoro: aut qua tā profun  
 da caligine obnubilentur: uerarū rerum imemores opereprecium est  
 animaduertere. Quis enim tam demens tam uecorsue est: ut ex uili  
 panno preciosas uestes fieri existimet: atq; si deterius credere ostendunt: quū ex pessimis actionibus bonos mores atq; animi magnitu  
 dinem adipisci censem. Neq; id illis dictu imitationeq; pudendum  
 uidetur: putant enim uti belluae animosiores reddi solent quum li  
 beriori uoluptatum licentia utuntur: non aliter hominibus euenerē,  
 quam ob rem per ebrietatem & uenerē mortalium uitam degi debe  
 re docent. At pecora uti truciora per eandem causam redundunt: sic  
 deteriora nocentiora: & sunt & magna ex parte habent. O immane  
 facinus humani animi claritudinē pecudū sensibus comparare. Neq;  
 illud præterea denegandum est: qui uenerem quū uellet exercere nō  
 posset: eundem deterrimū hominē esse: quum deterioribus etiā omni  
 bus animatibus quouis i ætate aptitudine atq; sexu si sint: hæc facul  
 tas quoquo modulo sancta faltem cognoscat. Vnde fieret ut qui in  
 tam uniuersa atq; cunctis cōmuni parte habilitatis expers cognosce  
 ret, ei nil præstantiæ inesse debere omnibus uideretur, uerum id pre

tiosius & maioris excellētiæ mirandum immodum ē: uoluptates contemnere ut præstantiam illam assequamur quæ a paucis admodum a nemine ne possidetur: quando ætas īmo mores nostri (ut uerius dicam) tam pessimi sunt. Cadere autē uel lapides crebro pedibus offendere unde ad ruinam prope deuenimus & communem multis & non nimiaæ excellentiæ est. Nam quis minus periculum sit: ad turrim triga-  
ta cubitorum altitudinis ex solo ascēdere: q̄ ab ea se se p̄cipitio dare: id longe proprius laudabilius q̄ est. Quam ob rem qui ab huiusmodi  
tum excedentibus tum defientibus discriminibus se se intactū ino-  
xiūm uel saltem seruat: ei magnam gloriam tribui debere: manifestū  
ē: q̄q̄ is ea quæ istius generis ab omnibus aguntur intacta desereret.  
Quis enim est qui ad libidinē nō declinet? at si quispiam usquā esset  
quanto cæteris præstantior merito existimaretur: non mala tamen ue-  
luti a crassitudine nostra ignota prætermittenda aut intacta mēte de-  
serenda esse dicimus sed uti & animi & corporis nocentia fugienda &  
esse & fore consulimus, quarum rerum cognitio tum rationis discus-  
futum alioꝝ exēpli capi debet: quum uoluptates siquidem proprio  
corpore experiri tentamus: nō parū & in præsentia lædimur: & q̄ma-  
xime arduū dubium sequitur ut eæ ab artubus deprauatis deferi ne  
queant. Quā quidem ob causam tanta taliq; præceptor doctrīa disci-  
pulos imbuere debet: ut ii a ratione ducti tum conuenientia tum cō-  
traria dijudicēt: & perniciosa fugere & hōesta capescere magnificati:  
ii aut̄ quos detestamur ductores dicere solent ob uni? diei cibi inopiā  
(imo téperiē) quā christiani ieuniū dicim? iuuētū corpora minus  
uegeta & uirib? imbecilliora redi: deducūtq; illis p̄sæpe ad lectulū  
usq; sc̄orta: quod & illis duab? & q̄plurib? aliis rebus mirū in modum  
nocet: loci quoq; causa & ad labentis téporis solaciū eos deo ipsi maxi-  
mo maledicere docēt. Eos enī q̄ maiorib? melioribusq; aduersi ac re-  
belles esse audent: minores sūmittere ac lædere posse facile existimāt.  
At mihi e contra uideri & optimæ rationes & q̄plurima exēpla cōmo-  
nent: neq; plurimum contrarietatis ei eueniire posse existimo: cui de?  
ipse subsidio ac tegumento est. Ieiunandi quoq; munus religiosis ui-  
rīstantū conuenire affirmāt: qua in parte haud longe aberrat si illis  
ipſis solum & uera gloria datur & pericula dempta sunt. Neq; nunc  
anobis illud silentio prætereundum uisum est: qđ s̄apenumero expe-  
ritur: quāplures enim ex his qui curias & arma sequuntur: q̄ ex his  
qui dei cultui dediti aetatem agunt: afflictos rerumq; ægenos uidi-  
m?. Neq; ita tot calamitatū flagitiorumue genera hipocrisim simu-

latumue uultum deserunt: nam quum per tempora illis transiendum est: humi proni demissio uultu dei intemeratae parati salutem mittut: quum decimam diei partem non sine magno corporis & diuitiarum tactura consumant. Neq; aliter per caetera quae dici possent agut: quis ea singula explicare non licet: ne consulentis in maledicentis munus conuerti uideatur: & libellus in longiorem (q; oporteat) magnitudinem dilatetur. Sed optima conclusione sistat: illi enim ubique virtutes fugant: & sceleruouere nituntur.

Qualiter populi a principibus regi debeat: qualiter quoque ab illis affligi soleant.

### Particula.xxi.

**h.** Viusce capitis materies ab illa superiori haud multum discrepare uidetur: in hac enim acturus sum quoniam pacto principes populos regere debeant: neque id totum reticere libet qualiter subditi etiam a rectoribus affligantur. Imperator non dissimilem modum in plebem exercere deberet que parentes in sobolem aduertere etiam liceret. Nam ueluti liberi a parétibus prodeunt: non aliter illis huiuscem nominis dignitatem per filios acquirunt. Quam ob rem & u illis parere atque honorem im pendere & illi eos amare recteque dirige re merito fieret. Princeps enim non amplius regnare solet que plebs obsecuum illi præstiterit: neque res Publica sine sufficienti ductore probe regitur: neque aliter tum Reges tum Imperatores quamdispari modo seruitute egent nostra: que nos eorum moderamine uigilantique cura indigemus. quum mitis concordia denique atque execrabile odium ex parte principis potius que plebis oriri soleant: eundem sapienter esse maxime debere haud immerito censemus: tum ut quempiam benemeritum muneribus donet malemeritos autem exitio perdat impunitos ue saltem minime deferat: cuique denique conueniens iuxta sua merita præmium paratum in promptu sit. Neque illud a regibus prætereundum est: eorum mores a subditis magna ex parte suo modulo imitari solere. Quam ob rem tum bonorum tum malorum quae in regno fiunt: u maxima sunt causa: ad eosque & haec & illa nimium spectant. Quum tantum denique & utilitatis & detrimenti ab illis prouenire in propatulo habeat: non indecenter fieret: ut quandoque uigilareret quis dormiendo copiam habere quireret: quu tam ampla magnitudo ex ipsorum studio depedere cernatur. Cui demum præstari ac laudabilis non uidebit il ludus reges humaitatis officio ad plebeorum conuersationem potius descendere que ob imanitatem irasci ut suam potestatē ostendant. Mirabileque

illud apibus a natura inditum exemplum contemplatione dignum est: defessum regem a plebe gestari, quem cum perdisserint sagaci odoratu quærentes quū nūquā inuenient: dominis sese abdicant easq; sine rege repetere nunq; uolunt: eundem quoque aculeo suæ magnitudinis portione prægrandi armari: eo tamen nunquā uti: exploratum est. At quis regale sceptrum in manu gestent: rerum omnium patrem ignorare non licet: neq; sui naturam caducam ac fragilē & cum subditis esse cōmunem negligendum est. Regibus enim si subditorum obsequium ac uim deneris: u non multum magni ex se profecto manebunt: qui quum ob humanitatem a populis ad amatur aucta imperandi potestate mirum modum augescunt: affligunt quoq; e contra: nam quum suis odio sunt impotentiores maxime redduntur. Longe quippe tutius est hominum animos q; faxos ac præmunitas arces possidere: neq; in principes odio dignos populi ultra conspirare desinunt: q; tempus locus ué id præcauere monet: cæterum quāplurimæ coniurationes contra eos saepe fieri experiuntur: neq; ea alicui displicere solent: quanq; illarum consciū numerosi sint. Accidit tamen nonnunq; ut proditiones ab aliquo factioso patefiantur præmii spe tum comitum dissidentia: ne id uidelicet ab alio coniurationis conscientia denunciatum sit: tum etiam quia rerū exitus quū nimium in lubricum uersentur non parum timendi sunt. At uero quum regis exitium sufficienti de causa imminet & exitum prope continent unanimes atq; hilares subditi ad ipsius perniciem prompti decurrunt: quarum omnium rerum oppositum dignus amor continet: mercedis siquidem spe dempta omnia principibus tum aperte denunciarentur: & æquo campo pro uallis fossisq; utiliceret: neque multas adhibere uigilias oportaret sed parua manu latam sibi securitatem compararent. Nec idcirco illud omittimus: nunq; pessimos homines & pecuniae & humanæ cædis audios deesse: e quibus probis viris non contempnenda pericula prodire solent. Quam ob rem opportunum & esse & fore ducimus ut qui diuitiis abundant fidos custodes qui suæ saluti consulant inuenire circumq; habere nitantur. Non minima tamen ex parte terrarum domini longam a nostro proposito mentem habent: existimant enim (falso tamen) imperadi facultarem hanc sibi parendi uero subditis a natura tributā, pro cuius rei argumento eorum uoluntarium imperium capimus: nam quum ter quaterue in mense coram loquendi populis copiam annuūt: cuncta uectigalia tum præterita tum futura recte meruisse (haud recte) opī

nantur. Officia ministeriaue hominum diuersa esse: intuentibus notum est. Verum quum cuiquam proprio labore necessaria omnia quærenda essent non tenuibus opibus cultores agri abundant, qui bus crebro accidit die fodiendo consumo: unde famé lenire queant inuenire non posse, quanq; propriam frigidam & inermem calam re petant. At principibus qui tantas pecuniae copias consumere & suis posteris reseruare assuecant: pessimā ad partem aliquā diuertere ibi q; contra fas iusq; potestatem exercere minime (per rationē) licet: immo necessitudine urgente semp in promptu parati esse debent ut præ sidio sint subditis, e quibus tāq; amplum utile cum insigniorum dignitate prouenit. At singula hæc quæ demonstrauim⁹: a principibus benignitatis paternaē non truculentæ magnitudinis ostentatione confici debent. De liberalitate quum ultimo in loco ab iis circumpisci soleat: in huiuscē capitī calce prius concludere q; incipere statuim⁹: adeo enim parci sunt (ne auaros honestate uocabuli princeps dixerim) ut nullas in hac parte habenas addere liceat, qui tamen quū aliquātula munuscula donant longe maiora pollicentur: quāuis id & uultu & uerbis simulatis ab illis sāpe fieri experiatur.

q Vum huiscēmodi homines modum a nobis detestatum obseruent nō aliter eis sāpenumero evenit q; illis accidere solet, qui nedum recte explorata causa ex foliorum trepidatiōē cōcussioneq; arborum ex ualidis contrariisue flatibus orta in turpem incōsultāq; fugam sese proripiunt: nec in sequentes respicere curant: donec foeda ruina collabantur, a qua non sine externa ope emergi queunt. At principes dum subditorum querelas audire renuunt, alium maiorem longeq; foediorem laborē suscipiunt: non minori nāq; molestia affliguntur dum humanæ conuersationis impetus prohibēt q; affligi potuissent, si aperta atria quærentes omnes benigne ac libere acciperēt. Quid enim animo incerto inquieteq; agitato grauius dici potest? ciues hostesq; iuxta timere ac fugere (molestius nihil in uita profecto extimatione par est) regia quippe (& quæ spectanda maiestas esse debet) tum seruitute sui tum in uoluptatis retinaculis concludi ac de tineri lœtale ac miserrimum est.

a T̄ quis ii qui ob has quas iam paulo altius reddidimus causas se quiete agere existimant: rem falsam pro certa arbitrantur. Ii enim qui aliis odio sunt vindictāq; appetunt: eosdem ab ira: odio: inuidia: maluolentia atq; timore uexari ac circundari necesse ē, quæ res ueram tranquillitatē minime patiuntur. At q; quis q; etis specūculā

aliquā quandoq; adipiscantur: & eam breuem & parū diutinam esse manifestum est. Neq; id ambiguū neq; a consuetudine multū alienū est: prospera cuncta non tantum nobis ipsis sed & nobis benevolentia cōiunctis contingere: mortales appetere: neq; a nostra uoluptate solū afficimur: sed & ab amicis solatio lētari solemus. At dum male uiuē tib? aduersa occurrūt magna hominū pars lētari solet quoq; applau su iniquorū mōror facile auget. At si uoluptates pro corporis oblecta mēto uere ac libere caperēt: tā exupantes excessus defectusq; minime cōmitterent, qui extrema siquidem sequuntur sua corpora tum uera re tum occupare tū dolorib? afficere & ad aegritudines propēsiora redere assūscunt, huiusmodi enim mala ex quauis imodesta uoluptate prodeunt: ueluti ex libidine: uoracitate: ira & reliquis istiusmodi gene ris uicus: e quib? non solum animū lēdi sed & corpus ipsum ineptius reddi & ante tempus dissolui: iam publice expertum est. Vbi hæc de niq; aut similia officiū: nihil uel prosperū uel uere fauens euēre po test. At ex scelerū uiciorūq; cōtinentia semp utile produit: opera enim haud dissimilia artificū præsentī aptitudini hebetudiniue confici solent. At si reges ob clementiā atq; humanitatē ægenos (ne dolore affi ciantur) audire recusant: si ii probe se atq; rem. P, regerent nemo (præ ter ignuos prauosq;) necessitudinē pateretur, q; nō tantū e cōspectu sed & uita etiā quādoq; prohibēti castigādiue sunt: uti uel sua sclera uel uitia appetat: ut a pessimo suo itinere gradū reuocet. At quādoq; (ne persæpe dicamus) econtra fit: principes enim subditorū errores & præoptant & awide spectat: ut eos corpora atq; opes grauius mul tentur. At cum populi a legum lēsione manus abstinent: ductores uoluntate non ratione firmatis statutis itinera cuncta implicat, quib? uis a subditis tactis pricipes tanq; ob lēsam maiestatem proclamat: quis peccatum illud (adulterium) caueri nequeat: quum uniuersā & quā agi omnino necessū sit amplectatur uiam: neq; huic legi cuncti sed imbecilles tantum obligati sunt: qui magna ex parte ab aliis se longe scelestionibus puniuntur: at flagitium id pūtum regulis ipsis & peculiare & tritum est.

q; Vandoq; populi rectores theologos noīe quibus sua aperiant flagitia habere solent: neq; id minus fieri uidetur: ut religiosi sapiētes uei queat: q; ut ppetrata sclera expurgēt aut uel præsen tia uel futura uetent. At quis sacerdotes illi dum increpandi (ne orā di dixerim) concione aduocata müere fungantur & ueritatē quādoq; fateantur eāq; laudib? ad cælum ferant: quum ora continent: indeq;

disceditur & ad atria diuertitur: particulatim (ubi magis oporteret) si ueritati non penitus contradicunt ostendunt saltem non aliter in publico loco fateri licere: & blandis atq; adulatoriis uerbis antiquā sibi factionem (ne amiciciam intelligas) repetunt. huiusmodi quoq; & pecuniae & falsae gloriae audiæ uulpeculæ non semel populum latrabit? obtundunt: ut ex astantibus quempia iurgiis afficiant: & se ad honores magistratusq; & sacras dignitates idoneos ostentent. Neq; id (uti fieri deberet) agunt: ut ratiœ scilicet præditæ animæ expurgatæ & leuiores redditæ ueram ac cælestem reperant patriam. Horū hominū itaq; debitū ac condecēs munus ea profecto multatio esse deberet quā ciuiles leges & humana iura in sceleris ab his repræhensa proclamant. Fit deniq; in hunc modum ut principes rei illius qua maxime indigēt pene expertes sint: quū rarissime iuenant qui eis uerū dicere audeat, quæ res ab iis pro prærogatiua (non recte nostro ingenio) arbitrat̄. Tenuis siquidē morbus loetalis persæpe redditur quā illi medendi copia deest.

u Eteri ac uulgari iter mercatores prouerbio dici solet: regis uerbum integrum firmitudinem possidere: adeo recte consonat ut ad aures demulcendas uim obtineat: quū omnibus sane audiētibus non aliter esse debere liquido appareat. At si a maioribus nonnullis mos is obseruabatur eorum posteri longe aliter agere statuunt: cuncta enim uera prioribus deserunt: sibi q; falsa eligunt. Neq; hac in re exemplum illud contemnūt quod ab illis crebro obseruatum experitur, qui ad medium sui usq; ætatem nihil præter aquā bibere assueverunt: inde uero uinosæ uindictæ audi magnis in pateris meroplenis se proluentes ingurgitant: unde breui in momento & illius præritæ & præsentis negligentiae (quam ipsi iacturam prope existimat) uberem compensationem assumunt. At quum nullum malum aliud pessimi mores afferrent præter cōmunitatem plebeam cauendi maxime essent. Ii nāq; qui turpi modo uiuunt: q; plures tū pares tum deteriores inueniūt. At nōnulli ut opes acquirat & uirtutes & bonā famam inconsulte negligunt. Nunq; quippe turpi animo magnæ de bellantur prouinciæ. At uero reguli huiuscmodi uti pauperes aleatoris & tempus & pauperiæ adiuicem concertantes quotidiano uictu consumunt. Non pauci enim ex iis qui titulorum causa clari habentur sunt: quorum maiores atq; ipsi longa cum uicinis bella gessere quæ cladibus potius q; uictoria memorātur. O q; iustiora bella forēti concordes tum singuli tum simul ueros hostes contererent. Vnde

& si maiora imineant pericula clariora parari cognomina possunt: at quāq; error hic cōmuniſ haberi cernatur, i illis lōge grauior extima ri debet, quos unica religio continet: quia eos qui uarias sectantur ſe ctas uel totius diuini cultū aliēi ſunt debellare & ad uerū reuocare iter tentare non audent (quāuis id non ſine longa tēporis intermiſſiōe cō ſici poſſit) quū & mores & ſingula quae uſui bellī forēt in contrarium mutari neceſſū ſit. Milites enī denuo inſtruere nouoſq; deligere opor ter manifestū eſt: quū ii quos nūc poſſident ſiue ſeruos ſiue neceſſa rios ſiue ſatellites ſiue clientes in unū concludas: omnes pro ſcurris uiices gerunt: & nulla alia in re præter collaudandā cōmemorandāq; uoluptatē, uirtutēq; detestādam präfiant: neq; inter tot execranda fa ciuora in dandis muñerib; modū (quē mediū cōuenienti nomine di cunt) illæſum deſerunt. Parasitis enim & ſcurris inanis gloriæ audi tate ut magnifici & liberales habeantur, tantas imoderate largiūtur opes quae non tenuerūt alimentū ueris ſeruis afferre poſſent: ſi æquo or dine diſtributæ ſpargerentur: neq; ſolum quū benemeritis condigna prämia negant ſed & quū illa ad indignos transferūt grauifſime aber rant. Ii namq; quos reges magna ex parte muñerib; donant omni uir tute deſerta ſeſe uoluptatib; per turpitudinē dedunt: neq; eorum ſtre nuitas ulterius oſtenditur q; ad cuiū laſionē & obedientium populo rum iniurias & equibus principis dignitas dependere conſpicitur. At q uel nauali uel terrestri bello cum hostib; dimicaturi ſunt & aduersæ fortunæ uiices inuicto animo ſuperare debēt: magnasq; ac diuerſas de bellare prouincias ſtatuumt: aliorum non hoy profecto hominū ſer uitute atq; ope indigent, quos (probos dico) reges iſpi partim ob pro priam modicitatem partim q; huiuscemodi neceſſarii eos deprædar i nolūt quos æquū ius defendere edocet: e curiis depellere ſolent.

t Empeſtate noſtra ſic pauci (ne omnes offendam) memoratu digni principes extitere: ut qui eos memoriae mandarent illi iſpi tum patriæ tum heroum tum negocii tum priuatorum muñerū amore decepti merito iudicabūt. Et ſi ab harum aliqua decauſa an ti qui ſcriptores impulſi non fuere: ſtrictius (meo iudicio) de tyram niſ memorare debuerant: neq; eorum ſæua imperia flagitiaq; omni no mina ſine ſtrepitū prætereūda ſunt: nā ſi turpia facta ſilentio digna eſſe ratio dictat: eorundē auctořū noia magis ac magis idē meret ui dēt, neq; id ratioi cōſonū eſt: quoq; aīa ſcelerib; obnoxiae ob eaq; obli gatæ ſūt: eorūdem noia fama uagari p; q; hoīnū ora diſcurrere debere

Nam si fama malis denegerit eosdem freno coercemus. Plures nāque  
nefarida facinora ut famosi habeātur cōmittere solēt, qui si sua noia  
simul cū corporibus interire credidissent, forte aliā magis tolerabilē  
& rationi consonam uiam sequerētur: neque profecto indebita sanctio  
effet: ut ita post mortē & mala & eorū auctores abscondi atque odio ha-  
beri: ueluti antea uerē ac p̄timesci solebant.

Deiis qui diuitias ingenti auditate p̄quirūt.

Caput.xxii.

pro Ersae peccidit illis qui diuitias ultra modum inquirūt: ueras  
ac præcipuas negligere, quas qui uolūt breui tēpore perēnes  
adipiscuntur. At quū uitiosæ res per uoluptatē nos gestiētes alliciat:  
quarūcunque pene rerum tū excessus tum defectus mortales & delecta-  
re & detinere solent. Eæ denique quas cōmuni nomine opes dicimus:  
quantū nos oderint: in fine ostendunt: eas enī non amplius possidere  
solemus: quod nos illas ui capimus ac retinemus: eæ enim ex se capiētes  
fugere nequeunt: at soluto corpore neque illud neque animū unque secu-  
tæ sunt: siue quia nō sine dedecore ac uirtutū lāsione acquiri soleat:  
siue alia recta de causa sic existimet: pene impossibile cunctis appa-  
ret: ut recte uiuentes magnas lucrari opes queant. Pro unico enim di-  
uinitatū alūno qui uirtutibus pollere inter mortales cernatur: eæ cen-  
tum sceleribus præstātes flagitiisque plurimis obnoxios edere solēt.  
Ad id quoque argumētum capitū: quū uirtutū emolumēta tam mo-  
dica uoluptatū uero tam ampla sint. At si proborū uiatorū pauci extre-  
ma egestate oppressi experiantur illud suis meritis ascribēdū remur:  
si labori nāque ipsoque atque solertiae æquum respōderet præmium u pro-  
fecto opulentia præstarent: neque id a ratione esset alienū. Pecuniae enī  
ornatus probe degentis esse deberent, quod quū tam raro cōpertum  
sit: non imerito sententia illa in medio cōsedit: & esse & fore difficil-  
limum cum sanctis moribus ad opulentia posse peruenire.

Quam fidem quæue officia subditū principibus præstare dēbeat

Caput.xxiii.

faciliter Atis copiose de principibus? & de his qui diuitias inquirunt ha-  
ctenus dictū est: restat ut de inferioribus dicam? ut recta enī cō-  
ueriēsue saltē cōcordia sit populares haud aliter pfectō fidēatque: obser-  
uātiā erga principes hēre deberēt: quod ii ab illis diligē appetūt recteque:  
duci exoptant. quū & a natura institutum & a consuetudine uendica-  
tum appareat, quanuis pallatam ac sine duce turbam plārūque: ad de-  
teriorē partē applicari: id quoque sensus semper existimant: cōmer-  
tia ad suas explendas uoluptates coaceruari: at hi qui turpi habitu &

scelesti mente peccant inter multitudinem tegi maxime assuecantur.  
 Neq; illud asperneris: eos non facile posse cognosci qui inter scelestorum caterua ad mala patranda paratione rabie agitentur: & maiorem in concordiam odium habeant. At militum peditumq; ingentes armatas copias sub bonis imperatoribus quiete ac sine plebis nocturno degisse degereq; compertum est. Quu ab iis deniq; tam necessaria ac magna bona prouenire cernant: quis tam demens erit: ut eos (si probi sint) colere renuat: aliter enim eorum leges no recte sanctitae iudicarentur: omnesq; existimarent nemini condigna praemia impendi: neq; annua uectigalia populi magnificarentur: quu rei Pu. sine capite ductae iacturam specularentur. Tum enim plebei haud dissimili anxietate premuntur: q; æquorei fluctus a contrariis flatibus agitati qui adinuitæ se lacerantes uincentesq; neq; quiete neq; uictoria adipiscuntur. At quis populū hæc obseruare iura saepe uideant: id non nisi iniusti agere cognoscuntur: amoré equidē atq; fidē non nisi propter præmiū spem erga principes obseruant: tu etiā ut alios siue pares siue maiores auctoritate regia afficere possint: neq; ulterius ductorē sequunt: q; is uictoriā possidet. Vnde illud uulgatū prouerbium est: quo qui uincit uiuat: dici solet, neq; melioribus sed his qui ampliora largiuntur munera adhærent: quis ea aliunde indebitē usurpent. Neq; illū huic tam cognatū errorē abscondunt: quādō isdem in locis diuertuntur: unde ea quæ in pectore habēt: recludere ipune possint: de fatis enim continuo coqueruntur: quæ superiores dignitates illis denegata sūt: sed quu regendi modum promunt siue id sponte pollicentur: siue de ea repetantur ab aliis deteriora profecto explicare flagitia assuecantur: q; ea quæ regentes illos quos ipsi reprehendunt: detinent. Populi enim cura neglecta fore ex suis dictis aperte arbitratur: neq; illud a longe prospicitur: hinc iniuste rapere ut illuc turpiter largiant: neq; minus propter animosq; affectiōes indebitas q; propter inhonestā opera principes quandoq; irritant: ut eos a quiete ad laborem trāfferat: ueluti intemperantes filii parentum amorem in odiū mutant: a qui bus ob eandem causam nō nunq; ab hæreditaria patris facultate emācipantur: quā ad dirandos liberos parentes tam obnoxie parauerant.

**H**AUD facilis propterea pena illis decerni deberet (si recta cœsura uigeret) qui reges ob sœvitā in se animaduersam detestari solent. Neq; principes propterea a nobis hac in parte excusari uelle quispiā censeat: quu hi nō semper recte agere experiantur. Plebem tamē maiores calamitates mereri q; pati solere: demonstrare contendimus.

quāuis afflictiones miseriæq; tā implicitæ erroribus sint ut uoluptuo si nō multum impune gaudeant. Iū nāq; (quanq; nullo castigāte per rent) merores accipiunt: & quāuis ipsi atq; aliū q̄ plurimi male degentes oblestan aperte censeant: nos nomen illud econtra intelligim? : neq; illos propterea delectationis initium facere negamus, qui cōtinuo tamē uoluptates has i obscenas atq; nimium excedētes uices & quāe actores extenuare atq; corrumpere solent: ueluti libidinē: uoracitatē: rapināq; atq; alia huiuscemodi flagitia unde & calamitates & tetri carceres & dedecorosa mortis genera illis eueniēre experuntur. Neq; qui plebis multitudinē recte intuetur: eam dolore aliquo indebito affici iudicabit: quāuis illius præda haud magnificienda sit: nā quanq; potestate careat: pessima uolūtate uacare minime cernitur. Adeo enī ingens inuidia pauperes detinet: ut munera (quanq; parua ea sint): in mediū apposita ut alios illa adipisci uerēt: semp moliri: quāuis illis nihil inde præter simile nocumentum eueniēre norint.

Rei,P. ductores haud penit? excusandi sunt: nam ueluti nocentes punire iubent: ignauos ad idoneos labores capessendos cogere debent.

## Caput.xxviii.

n Eq; rei,P. ductores ab oī culpa exp̄tes esse dicim?. Nā ueluti scelestos s̄a pe pūri iubēt: ignauos ad idoneos labores capescē dos ipellere deberēt: quāuis siqdē causam dépseris, illius effectū tolli necesse est: quum tam manifeste deniq; a natura sanctū sit: nullum animal sine alimēto uiuere posse: ad id singuli labore solertiaue propria quærendum recte cogi deberem? (quāuis illud nō sine officio, discriminē fieri debeat) quāe quū criminū innoxia exerceri queūt: nō turpia iudicanda sunt. At uero quū principes a populis uectigalia & alia quāe (iam assueto colore mungere solent) capiunt: cæteras regimini longe opportuniōes partes magna ex parte incultas deferunt: ne q; id sine ampio errore cōmittunt, quāe equidem tam euidens tamq; utilis metallorum perm̄utandorum facultas inuenirī potest q̄ hominib; plēis opibus imperare: & regna s̄eminare pecuniis. Neq; iinimia liberalitate excellere profecto possunt: qui rerū ægestate laborat. At si ocium & uana fugiētis temporis solacia e quibus nō parua flagitia prodeunt: populo demas: eundē utile consequi manifestum est. Sed illa regalis inueterata & honusta annis & tota in baculum prona consuetudo id agere obnixe uerat. Diu enim ac diu est principum ministeria tātūm a plebe fecerni: cæterum uero eos cū populo cōuenire: neq; eorum intelligēdi uis operationūq; habitus a commū hominū

cœtu discrepant. At si huiuscemodi rerum originē petas: ea profecto subito occurrit: quum hanc regendi facultatem ab hominibꝫ non de lectis exerceri cernamꝫ Maxima enim ex parte uel regum soboles uel ii qui in armis potentiores existunt: imperare uidentur: neq; ii ipsi omnes præstantiores illis sunt, qui proborum hominū iudicio eligi potuerint. At q̄uis principum affectus minus aperti q̄ cæterorum hominū sint: satis in propatulo cōspici possunt: quū in satellitū frontibꝫ depicti quodāmodo uideātur, q̄ regū affectiōes has (q̄tias iam paulo alti? rettulim?) disruptis fauicibꝫ i uulgus undiq; promūt. Vnde sæpe ipossible arbitrarī potest, uiros sanctos iustosue huiuscemodi necesaris famulari. Nō semel & enī accidit: ut q̄ exosi probrosiq; ob suos corruptos mores habent: eos principes amplis dignitatibus donent illiusq; regendi uicem in dextra gerentes per atria cunctos obiurgando nocendoq; & cuncta demum male miscendo pererrent. Quo fit: ut suos errores latius exerceant, qui tanti talesq; apud curiales sunt: ut non solum orationem sed & extimationem nostram q̄q ultra modū diffusam facillime superent. Neq; plures adhuc sed cigno nigro similimos iis in principum famulicio annumeratis cognouimus: qui ab aliis abstineant malis: præter ea equibus aliorum ui prohibentur: uel unde sensibilis pœnæ horror abstiere cōsulit. Neq; id reges inconsulte sine causaue agunt: quū ab his hominibus comitari uolunt quorum rationem quum protegunt: seipsoſ forte defendunt: neq; in illo rum defensione seipsoſ negligūt: diuortionamq; inter utrosq; factō singulos ultio sæpiſſime ſequeret: neq; aliam hac maiorem causam inuenimus quæ tyrānis diutius imperium reddere ſoleat, ſi cuncti nā q; ſubditi probe degerent: non ulterius princeps ſecure regnaret: q̄ is populum recte regeret. Neq; nobis profecto notum eſt: an hac in parte aberrem (q̄uis nō meo iudicio) quū illis aſſentiri debere nego: qui principum corda a manu dei teneri dicūt. Quanq; ſi id de quopiam particulatim intelligere uolunt: non multum a ratione alienum nobis uidetur: reges enim deo non ſemel ſuo modulo emulari queūt. Quo fit ut quum recte regūt: diuinæ prouidentiæ ſpeciem i dextris portare iudicentur: neque ab huiuscemodi coperibus deum abfuisse fine crimine diceremus. In eadem quoq; ſimilitudine (de qua loquimur) principes cunctis priuatis hominibus longe excellere manifestū eſt: neq; id iniuste: quum id fieri maxime necessū ſit. Quam ob rem multo euidentiora omina a deo ipſo ſæpe demonstrata ſunt: ut nō patres ductores ductiq; a mortalibus haberētur. At uero quum singula

a rege peracta a deo confici quispiam diceret: is longe a re dissentiret.  
 Tunc siquidem regētis merita non ad se sed ad primum motorē omnium pertinerent: neq; propinquum auctorem ipsum deteriorem meliorem reddere possent, quae res nec dictu nec estimatiōe digna uidetur. quod quū fieret: reges neq; crīmē neq; unde id prodire posset: cōmitterent. Neq; illud maximum argumentum reticendum ē: deū & contrariarum operationū affectionumq; (si hoc nomine utiliceret) expertem & esse & fuisse & semper fore manifestum est. Quā ob rem & si illud uerum esset hoc uerissimum experiri retur: ut si regum corda nutu dei ducerētur: eorum rixas ac dissensiones omnes cohiberi. Neq; propterea principes extra dei potestatem esse dicimus: sed eos ab eo uti cæteri cum libera operandi facultate pendere (uti est) affirmamus? quae etiam libertas rectoribus ipsis copiosius tradi: nō semel exptū ē.

Qua insania diuites plerunq; detineantur. Caput. xxy.

**n** Eqa cunctis diuitibus insania hæc est aliena: ii enim quum pauperes ante se humiliari conspiciunt: honorem sibi exhiberi existimant. At quum bona opera recensa omnū quoquo modo aures oblectari demulcereq; soleant: ii nonnūq; se de sanctis moribus laudari faciunt: quanq; eorum criminibus obnoxia uita id aperte & recuset & deneget. Neq; parua profecto pessimi flagitiosiq; iniuria afficiuntur: quum coram ipsis honestos ac probos uiros laudibus extollimus, quae res non dissimile indicium afferit: q; quum domini seruos ampliore cognomine ueneratiōe ac uoce insolita iterpellare assuefecunt: non quia ueneratio illa mala formidolosaue ex se sit: indignis attamen & formidinem obicit: & eos malum uereri efficit. At quāuis & scurræ omnes & poetæ q; plurimi per ampla atq; magnifica uerba principes collaudent: ipsis non solum iniuriari uidentur: quia contra suos mores aperte præconizant: uerum earundem uirtutum possessores extollunt: & ab iis tantum qui ab huiuscmodi habitibus intacti atq; innoxii incedunt munera accipiunt. At quam ob timorem atq; uoluntatem uenerari principes quis asseueret: id quum agitur: non secus magna ex parte fieri solet: q; iis accidere uidentur qui aliquo in ludo pecuniis turpiter perditis: numina non religione sed legum timore palam uerbis calcare non audent: aperteq; eorum labra daemonem execrantur. Ast alii in huiuscmodi criminibus peritiiores quum diras execrationes depresse mittunt: se quē animo delegissent: demissō murmure possidere uelle dicūt. At postq; illos officula illa ad uersæ fortis prænūcia ad extremum spoliationis usq; perduxerant: si

alteram fortunā experiri incipiunt: grates deo summis se agunt, quæ quonā pactō interpretari debeant: quum omnibus notum sit labore eundem ad opportunita reseruamus loca (cauēdūq; nimium est: ne in prospera ualitudine aduersæ præsidia extenuētur) Neq; aliter sub ditorum mentes contemplandæ sunt: quum ipsi ductorum genua cōtingentes illos adorant: neq; id probis speculatoribus a longe aberit: sub usdem blandis ad extra uerbis diras deuotioēs contegi. At quum dominum interpellant: forte supremū illū ac uerum intelligunt, quē affectu mirādo rogāt: ut huiusmodi tyrānidē cū suis auctorib; pdere dignetur: idq; non amplius q; ad absentiam usq; peruentum sit: dissimulare assueſcunt. Veluti coram impudicis mulieribus agitur, quas dū uento mortales explere molūtur: illis diuersa nomina imponūt, quæ & earum mores atq; habitudo uel procul arcent uel saltem prohibent. At impetu illo decrescente euanescenteque quum aliunde diuertuntur: contra proferre & uerū fateri non dubitant. Quam ob rem singuli recte considerare deberet: tum decūs tum dedecus nobisipsis inhærere: neq; unq; a māib; decretoq; nostro ea discedere: neq; psonis aliis inesse posse: aut ab aliis uerbis dependere.

Principum legitima in partibus excusatio. Caput. xxvi.

prpter utile quod ab aere suscipiunt: a metallis per quos meatus de fluunt: uarij: laediq; assuecant. At humor hic in eminentib; locis cruditatem in oppressis uero crassitudine moliciemq; excedentē possidet. Aqua demū & salubritate & sapore iisdem in locis præstare solet: i qui bus rupes eiusdem speciei sunt: quas hispani pizaras appellant (nomen adhuc latinis ignotū) inferi uero uiva sternit arena.

Quibus argumētis aer frigiditatē aqua uero humiditatē strictū cōtinere probentur.

Caput. xlvi.

q Vum præcipuā aeris proprietatem nō sine euidenti causa frigidam: aquæ uero humidam esse censuerimus: ut id tamen p exempla ab oībus appræhendi queat eorūdem elemētōs effectus ali quos pertangere statumus. Quæ equidē pars tres diff̄erentias capiat: ad rectā dilucidationē peropus est: quarū prior ab elementorū simplicitate tum ob sui aliqualē compositionē roborabitur. Secunda uero plenā ipsorū cōmixtionē continebit. Demū idipsum & per animaliū similitudinē atq; actiōes demonstrabim;. Illud imprimis dicimus: elementorū simplices affectiōes cognosci per eorūdem mutatiōes quas per tēporū discrimina ab illis agi sentimus: postq; ea ab inuicem commiscetur: quorū quodpiā quū reliquorū maiores portiōes cōtineat: longe magis uariare assuecit: quas quum deserere incipit subtilius: puriusue (ut rectius loquar) redditur. Neq; quanq; alioꝝ partes possidet: eae suo corpori equiperandæ sunt: quod quū fieret: singulas nō nullis patere sensib; necessū esset: cui? rei oppositū sentim;. Elementa equidē quæ e natura sua subtiliora leuioraq; sunt quis cōmisceatur: eādem adhuc proprietatē retinet: neq; ob aeris uel agitationē uel ignauia eundem substantiā imutare censemendum est: q; quis nunc aer nunc uentum nominū uarietate dicamus: & is alioꝝ elementorū quandoq; maiores quandoq; minores portiones contineat. Neq; idipsum aliter profecto fit: q; quum manus quæ dum fortius quicq; peragere intendit: arma sua proprietate retēta quibus ualidiores iectus agere possit: assumit: neq; missilia reliqua huiusmodi instrumēta uim possidet: qua hanc uel illam partem petant: sed a brachii robore impelluntur. Neq; aliter aer uentusue (si hoc magis illo nomine uti malueris) tum terræ uaporibus tum aquæ exhalationib; (ut non sine differentia loquamur) exhaustis fortius laedit. Ab huiuscmodi enim rebus quum corpulētiora corpora sint adiutus: arbores: mēnia: rupes atq; alia huiusmodi sternit. In secunda uero id quod manifestū occurrit: di cēdum est. Nullum quippe tēporis rigorem pateremur: ni aer ipsus

infrigidaretur: unde nox die tantope frigidior reddi maxime conspi-  
 citur. Is etenim quū nocturno tépore neq; a sole mitigari caloremue  
 excipere possit: tunc nimiū uiget: aqua nāq; neq; noctu neq; interdiu  
 suas affectiones mutare augereue multum (dum in fontib; consistit)  
 nequaq; experitur: uerū discursus differentia quum longius ab ortu  
 distat: uel a sole calefit: uel a flatibus infrigidatur. At q; quis aquam &  
 calidam & frigidam summope quandoq; sentiam?: id a sua intempe-  
 rie maxime prouenit. In humore namq; siue is frigidus: tepidus: cali-  
 dus siue consistat: in eo diu conseruari minime possumus. In aere uero-  
 econtrario sit: quo quis quippe & loco & tempore nobis p̄ceteris ele-  
 mentis & necessariis & conformis esse assuescit: qui quum frigi-  
 datem ab humore exciperet: tunc eundem calidiorem reddi necessum  
 esset: quum longius a suo principio distaret. Eodem nem per modo plu-  
 res aquas eidem offendere continget: quod e conuerso fieri manife-  
 stū est. Quisq; etenim uentorū flatus per discursum calidior reddit:   
 aerem p̄terea frigidum esse eminentiora loca nimis ualidum argu-  
 mentum p̄bent: in quibus quum suo robore ille p̄stet: hanc pro-  
 priam sibi affectionē summope ostendere solet. At si aqua cætera ele-  
 menta frigiditate deuinceret: frigusq; ex se possideret ubi a sole nō di-  
 frumperetur temperareturq; gelu rigeret: sed semper ea a frigore con-  
 gelatur: neq; id unq; fit: nisi quum aer ipsius sua uiuacitate atq; robo-  
 re excellit: & a quibusuis accidentib; multum uacat tunc equidē uel  
 nihil uel parū ab ipso sole offeditur: nā quū pluuiia decēdere incipit:  
 guttae illæ temperatæ decēdunt: sed postq; nubiū densitas soli oppo-  
 nitur: aer tantope uiget: ut quæq; cōtingat corpora frigidiora nimiū  
 reddat: grādines quoq; ipsas ab aere tantope duriores (quum descen-  
 dūt) reddi manifestū est. Vnde p̄spicuū restat omne aquæ concretio-  
 nem ab aere prodire: omne pluuiiale deniq; tépus humidum ab omni-  
 bus sentitur. Illud quoq; hac in reminime aspernandum est: quæcūq;  
 loca aquis redundantia uiciniaq; humiditate p̄stare. At uentosa cun-  
 ita contra frigore excellunt. Rursus tertia in parte de corporib;  
 ab aqueo atq; aereo elemento constitutis differendum est, quorum  
 effectibus & compositione sententia hæc aperte demonstrabitnr. Co-  
 lericos equidem aiantes maiorem ab aere q; ex cæteris elementis por-  
 tionē ducere in tertio uolumine haud ambigue ostendemus: flegma-  
 ticos uero ex aqua cōstare: omnium fere sententia est: quæcūq; itaq;  
 animalia in quibus coleræ complexio exuperat: frigida: sicca: compa-  
 ctiora & nimium temperata consistunt. flegmaticos uero animates

econtra humidos: corpulentos: laxosq; esse compertum est: qui etiam parum temperamenti sortiuntur, sed hic adhuc stricta norma neglecta: aliq; uniuersus ordo cunctis secessit. Quicquid & enim in eminentibus locis immoratur: id frigidius strictiusq; reddi manifestum est: in imis autem id ipsum humidius: laxiusq; diuerti conspicitur. Ob tantas demum quas attulimus causas: aerem ceteris corporibus frigidior esse: non immerito censuimus. Qui tantam enim portionem alius impendere solet: eundem eiusdem rationis aliam longe maioriter sortiri: quis negare audeat?

Elementorum excedentes effectus.

Caput. xlivii.

i N hac quarta parte nonnullas elementorum exuperantes uices paucis absoluere posse nitemur: qua in quaestione illic ichoare licet: an aliud in aliud elementum in alteriusue propriam qualitatem penitus conuertere queat: ut sine ambagibus tamquam quicquid est ceterum: conuersione hanc non solum difficile uerum impossibile esse (quoniam id recte probare credamus) dicimus. Eorum quippe cui libet contraria natura sancta est: quis ea per accidens similitudinem capere non nunquam uideantur: qua oculis couersa adiuuante esse apparent: cuius rei demonstratio tum a corporis commiscetis magnitudine: tum a qualitate prouenire potest. Parum quippe sanguinis magna aquae copiam inficit: eamque ad sui similitudinis speciem attrahit, tantum attamen humoris cum sanguine ipso admiscere possumus: ut omnis rubedo euanscere cogatur. At quem claros amnes intueamur: nihil terrae ibi commixtum contigeri appetet. Terrenae namque partes illic adeo dissolutae probeque admixtæ uehementer: ut humana uidendi facultas ad eas discernendas hebes sit quem ipsas diuidicare omnino nequeat, sed quem ex huore illo uas comedentis magnitudinis impletur: aquaque ibidem conuiescit: terrenae feres imma petunt: humorque simplicior supernatare experit. Vnde terram occultam imbibitamque quem tenuem ab aduerso praestatissimoque ductore nequaquam imutari potuisse constat: sed accidente illo peracto consumptu singula propriam naturam repetere naturam iussu fieri conspectur, quem huiuscmodi præterea rebatur origo unde defluere augeriique possent deeslet: non multum alienum appareret mansioes illis dissimiles concedere: unde & colligi & fauore excipere ualuerint. Verum quem fundamenta propria fortiantur: ea repetere & iustum & peropportunitum est. Necque quicquam magis ab hominibus determinatum in promptu occurrerit: quem parum aquam multo mero admiscetur: cuius saporem coloremque neque gustus neque uisus apprehendunt: quem uini ipsius ui-

res quoquo modulo extēuatæ sint: & quū aquā calefacimus ea frigi-  
ditatē dimitit illiusue frigiditas soporari conspicitur: inde uexit (si  
aliam sententiam tibi esse malueris) aquæ tamē illius esse proprium  
quod in ipsius singulari materia atq; forma concludit: nunquā inde  
arcetur: Immo quod fortius est: quū aquam ipsam adeo concoquim?  
ut penitus dissolui cogatur: illius substātiales portiūculæ in tenuiori  
bus uaporibus resolutæ ad suum pristinū elemētū redeūt. At quanq;  
humor excellēti calore cōcepto similē igni operationē agat: per natu-  
ram atq; accidēs contraria instrumēta: quibus corpora proprium ro-  
bur apertius ostēdat quādoq; capiūtur: sed quīs ignis calor ab omni  
bus fere proximatis materiebus sentiri soleat: ex calefactæ non unico  
modo operantur. In illicum quippe uitisue caudicibus magn? ignis  
uigor excipitur: sed pinus nebrisq; sopito modo deurūtur. Nec dispa-  
ri modo corpora lignis istis appropinquata cremātur: uel in aqua ab  
his calefacta coquuntur: q̄ huiuscemodi rerum discrimina petunt.  
Et si habitum a nobis uendicatū non sine magnis labore ac discrimi-  
nibus in alium dissimilem imutare quimus: quantum huiuscemodi  
naturæ cōuersio dubitanda est? Neq; materias ipsas sub aliis specie-  
bus post aliarum dissolutionē contineri posse negam?: quæ tamē quā-  
tum ad ipsius materiei naturam minime differunt. Elementa enim  
species iam mēbratim in sua simplici natura diuisas nequaq; conti-  
nent: quāuis longe dispares materias habeant: quæ elementa scilicet  
nulla in parte strictiorem finem q̄ in suis pristinis principiis usquā  
adipisci queunt.

De propriis elementorū sedibus. Caput.xly.

a T quū elementorū cuiusq; singularis: firmus: atq; quietus loc?  
deesset: ea ipsa ordine opportuo corpora uegetare nequaq; pos/  
sent. Ex eo: omnū siquidem æqua magnitudine continuā confusio  
nē prodire necesse esset: a qua similem aliā oriri sperare liceret: uel ab  
ea cōstituta corpora q̄citissime dissolui: credi par esset: quū certamen  
siquidem mediū aliquod interponere negligit: pugnantes q̄cissime  
absumit. Quā ob rem partē aliquā habere opus est: in qua defessi mi-  
lites securē refici fauciq; mederi & alii integrī i subsidiū mitti queāt  
Neq; aliter singula elementa recursus atq; origines proprios sortita  
sunt: quos alia pertāgere natura ipsa uētantur. Alterū &enim ad alte-  
rius regionē neg; descendit neq; scandit: quanq; uerberationē a rebus  
expeditam suæ uirtutis portionem corpora transeundo uegetandoq;  
immittant. Quā quidē cōmunem rem ab omnib? in mediū adductā

elementatam dicere non pauci assueſcunt, ex qua & corpora nostra & cæterorum animantium constitui ab oībus concessum est: quæ per uitæ discursum mutuūq; certamen dissoluta suæ materiæ portiones singulis elemētis restituūt. Hæc norma deniq; & in sua simplicitate & in compositiōe cōmuniſ ab oībus obſeruatur: ueluti aqua a matre profluens quæ terræ meatus permeans fontes petere uidetur: ideoq; per riuos diſcurrēns suam demū antiquā parētē repetit: ibiq; & a fractione & a labore peractis refocilatur: neq; ſecus de cæteris censendū eſt. Quam quidē conditionē in ſyderibus iſpis apertius ſentim? quo rum corpora neq; collidi neq; aduersari abinuicē quantū ad propria ſubiecta queunt: quāuis nimium eorum radū mutuo lādi experian tur. Vnius itaq; elementi materiā in alteri naturā conuerti non poſſe ſatis hactenus probatum eſt: quāuis ſpecies in diſſimiles ſibi ſpecies trāſmutari p corruptionē queāt. Eæ nāq; corpora ex quatuor diuersis materieb; ſunt: quæ materia ēt res diſferētes procreat, quæ tūc in pri ma ſpecie nequaq; in cluduntur. Quā ob cauſā quum ſobolis noſtræ corpora intereūt eandē liberos noſtare non recte licet: tunc præſertim quum iſpōr caro diſſoluit: & figura mēbris a parentibus tradita ab iis derelicta ſit. Aliter enim iam magnā elemētōꝝ partem hominū ſi liam eſte non immerito diceremus. Sed elemēta & huiusmodi noſia: & materiem nobis mutuāt: dum hanc particularem aptitudinem ob ſeruamus: quā diſſolutam ad ſe reuocant. At anima ratione prædita aliud iter certe fortitut. A ſolo deo & enim creata eſt. Neq; illud reti cere licet dūmodo iſpa mēbra non penit̄ diſſoluta ſint: & iſpius ſpe ciei formam retinēt: corpus ab iſpis conſtitutum & patrem & filium iuxta rei conuenientiam decenter ad huc (quantum ad iſpam carnem attinet) appellari.

Quibus conditionib; hūor terrā iſpam ſemper petat.

Caput. xlii.

a Qua haud uno modo terræ repræſentatur: cōmunicariue (ut ſtrictius loquar) assueſcit. Neq; humorem iſpum plures ob id ſortiri naturas extumare licet: quis eundem nunc densiore nunc rario re uel mitius uel impetuofius ad nos deuenire uel quietum ſtare expriamur, quarū quidem rerum uicissitudines ex aliorum elementorū cōmixtione prodire conſpiciuntur: aquam tamē a proprio curſu cessa re: nemo ſane recte dicit: ſi ab eo enim abſtineret: haud parū detrimēti corporū uegeratio caperet: quis non ſemel adeo tenuis atq; exiguā magnitudine condit̄ hūor deſcendit: ut tum a ſolis radū tu ab aere

ipso dissolui absungi queat. Quā equidem ob causam rorem nocturnum tempore lapsum diurno uero minime sentim⁹. Tum quoq; ros ubeius descendere assūscit: quū tempus quietius assistit. Venti siquidē humorē miārdū immodū in eminentibus locis præsertim exsiccāt: in imis namq; id ipsum agi locus uerat. At aer humorem quādoq; cōgelat: quandoq; līquidū dimittit: uti is frigidior tepidiorue cōsistit. Tunc tamē aquā concretorē reddere assūveuit: quū ea maiores ex aliis elementis portiones cōtineat, æstatis autē tempore ob terræ siccitatē aer & ad puluerem & ad exhalationes ipsas subleuandas nūniā aptitū dinē possidet: unde grandines gigni necessum est. In hyeme uero quū huicmodi materie tantam corpulentia nequaq; inueniat: niue fīri (uti uidemus) conuenit.

Quid uel pruina uel bruma sit.

### Caput. xlii.

a Tpruina siue alia quam ob magnitudinē (immo ob differētiā potius) brumā alii appellant: & parū aquæ & id subtilissimum admodū continet: ut neq; uisu neq; tactu in aere appræhēdi queat: quanq; nonnunq; tanta cū ubertate fedes petat: ut corpus sēsibus publicū conficiat, quæ quidē impressio (quando nomē id iam latinis auribus tritū est) dum temp⁹ calore uiget: roris terminos nequaq; trāsgreditur: quā tamē ob lenitatem breuitatemque aeris frigiditas quādoq; cōgelat. Nā quū impetuose pluit (quis aer nūnia frigiditate præstet) defluens tunc temporis humor & frigori obstat & congelationē sparrendo dissipat.

Quid iris sit.

### Caput. xliii.

i Ris repercussio solisue radios uerberatio est: quū uia sereno ad densam transeunt nubem: tempore quo radiatiōes illæ regnāt (quas sobre lūbres hispā dicunt: at mihi eas abscisa lumina dici placet) Neq; id immerito in breui siquidem terræ spacio uarias affectiones uidere solemus. Hic & enim clarū atq; expeditū tempus micat: illic uero nubilosum fuscumq; opacat. At quū aqua probe liquida descendit: cætera elementa pacata tempore atq; cōcordia teneri ea neq; eidē tunc impedimentū afferre cēfendū est. Singula namq; p senti miū discriminē parere nequeunt: quis in eodem met corpore & tergū & illa cōtineantur: quum id maxime ex uaria materia constat. Pluuiā lis & enim aqua quū terram petit: iam elementos omnium particeps est, quam tamen tunc compōsitorē experiri solemus: quando ipsa p terræ uiscera se se resorbens immiscensq; uel deuoluit uel cōmorat.

Humor quippe a meatibꝫ per quos defluit: uel ab iis quæ occupat locis id capere conspiciꝫ: quod nos eidem impendimus: quū ipsum uel herbis uel cibis cōmixtis concoquimus.

An elementa a suis actionibꝫ quādoq; desistant,

Caput. xliiiii.

e Lementa deniq; omnia simplicia semper inspirant nutrimentū q; suis compositis partibus impendunt: secūq; coniunguntur: neq; ea ab operatione unq; cessant: neq; continuitatē deserūt. Nam uti aqua ab æthere cadens illam quæ flumina deuehunt amplexa est: nō aliter amnes mare petūt: & ipsum per terræ meatus sui partem diffundens fontibus colligatur: cum quibus omnibus pluvia copulata est. Neq; hæc penitus intercidi emācipariue usquā patiuntur.

Quam ob causam fontes in montibus magna ex parte scaturire assūescant.

Caput. I.

a T fontes in montibus magna ex parte scaturire nō sine sufficiēti causa uidemus: tum quia illic terræ uenarū multitudo consistere apparet: tū quia huiuscmodi loca aquæ cursui maxime peruia sunt: quis ascensus illic humoris naturæ non parū repugnare uidea tur: id tamen ei nequaq; alienum est: dum per uiscera terræ ebuliens pererrat. Cruor quippe e corpore fusus ima petit: sanguis tamē qui intra nos feruens continentur: si fissuram in capite facim: quum uenā quāpiam præsertim incidimus: totus pene e corpore labitur: dato tamen hostio atq; niuolo ad fluxum & ortum expeditus: ut pars illa præteriens succedenti cedat & liberum iter ei præbere possit, qui quum in cursu impediretur: aut illic moram ageret & non parum ad uenienti obstaret. Neq; adhuc fontes ipsos in montium cacuminibꝫ ortos esse dicimus: sed paululū demissius ubi & ad altitudinē exsiccādā & ad humorē inferū attrahendū aptitudinē habēt. In huiuscmodi locis humor tanto cū uigore decurrat: ut non solū aduenienti locū det: uerū etiam eundē conuocet deuehatq;. Immo & aqua quæ in montibꝫ cursu caret: lacus efficit: uti in planicie putei fiunt, qui q; quis nimio humore abundant: decurrere nequeunt, quæ res nonnullis in æquis regionibꝫ sane conspiciꝫ: in quibꝫ etiam nō multum augumenti amnes per pluviā capere sunt soliti. In gallia siquidem cisalpina cuius capitī insubria nomen est: dum montium niues haud liquefiunt præcipua flumina maiorem aquæ copiā per imbræ nequaq; ostende resolent: planicies quidē humorē amnes petere nequaq; sinit. Quam euidē obrem ea paludosa atq; humidissima est: illic maxime ubi ter-

ra crassa consistit. Sterilia quippe loca cuiuscumq; generis humorē cele  
rius reforbent: indeq; aqua ob loci labilitatem ocius expirare discede  
reç; & potest & solet.

Quapropter habitabilis terrae portio manifesta sit. Caput.li.

a Thabitabilē terrae portionē petere necessum est. Ea quidē quæ  
sub æquore cōtinet̄: neq; arbores neq; animalia gignit: neq;  
aqua subterraneæ pisces procreat. Ut singula enim natura sua recte  
uti & ueluti eorum cuiquam cōuenit fœticare queant: eadem expedi  
ta & sine occupatiō manere (quis iuncta sint) oportet. Quam ob rem  
aqua & ad terrae littora & ad ipsius mediū cōtrahunt̄. Neq; ob hāc  
uiam revolutionēq; quale horū elementorum uel altius erigatur de  
missiusue consistat: a nobis conspici potest. Dum ea etenim cōposita  
sunt: iuncta manere assūscunt. Immo & terrā aqua auctiōrem īferio  
rem q; uidere solem: tum in fluminib; tum quum humorem ipsum  
in uasis colligimus. Aqua attamē quum corpus minus ponderosum  
sortita sit: diutius super terram initi q; eādem sustinere potest. Quā  
equidē ob causam aqueū elementum leuitate: eminentia: subtilita  
teq; terreo p̄stare fatendum est. At uero ubi nos utrūq; experi  
mūr: ea non aliter sese haberi ostendunt: q; quatuor humores in hu  
mano corpore contēti: ubi sanguis quis ex celsiori elemēto proportio  
nēt: quādoq; aliqua in corporis parte flegmati subiacet.

Quonā pacto elementa per cōmixtionem sibi iuicem loca permu  
tent. Caput.lii.

a Erem terrae altiorē esse minime negatur, cuius tamen portio  
nes in cauernis conclusas terrae nonnullis partibus inferiores  
habitare nemo dubitat: ignēq; in conuallibus imis & in uenis silicū  
& aliis in subiectis reperi: palam est. Hæc attamen non nisi in cōpo  
sitione intelligenda sunt: ut elemēta ipsa obuersari admiuicē queant:  
& opportunā uegetationē rebus impartiantur: quis in ipsis principiis  
pura sint. At si terram in humore fundari dicimus: id utilitatis causa  
& intelligi & dici recte potest. Omné quidem humū aridā atq; aqua  
carentem siccām: sterilem atq; infœcundam experimur. Iam etenim  
assuetum est: quum aliquis aliorum auctoritate quidpiam compro  
bat: eūdē super eos uerba rationesue fundari: dicere: quis eos senten  
tias nequaq; pedibus premat: sed ab ipsis utile carpēdo, quo uel fau  
ré uel p̄fidiū sibi cōparet.

Quas differētias aer pro loco, discriminib; agere soleat. Caput.liii.

a Er haud dissimilē differentiā agit: q; regiōes e quibus expirat:

non æquā substantiam singularia possident. Caro etenim quā coxae fortiuntur: illa quae costas uelat grauior est. Terra itidem quae mótiū sūmitatibus adheret haud multū pinguedinis habet: uel quia id ex se imā petat: uel quia ex huiusmodi locis ab aere atq; aqua deorsum facile uerritur. Quā ob rem cacumina ipsa tanq; nuda ossa conspicī solent. At conualles corpulentia: pinguedine atq; calore excedunt. Illic quippe sol uehementē deurit. Aquam quoq; inde fluere: loci natura haud parū prohibet. Quā ob ré humore imbibito eandem nimīū pinguescere: necessum ē. Aer etiā crassus atq; imbecillis illic (quum sit) uel humorē arripere: uel multū extenuare nō potest: qui quidē humū pingue atq; uberem efficit. Regiones quoq; & si ob alias causas dissimiles sunt: haud exigua discrimina propterea agūt: uti propiū distatiūs/ue a sole percutiunt. Naturæ etiā calor diuersus pro locos ac temporū discriminib; experit: ueluti ob flatū atq; aquarū differētiā loci: cōspectum atq; altitudinē. Neq; iccircho eundē ex se disparem caliditatem habere: recte dicendum erit.

Ob quas causas terra nutet.

Caput.lyii.

Vandoq; terrā nutantē: mugientē & tremore concussam sentimus: quod crebrius in æqualib; accidit locis: ob uentos uapo resq; in ipsis cauernis iclusos quos inde exire: locū uerat. Harū rerū equidē excessus unde procedat: in promptu ē. Concipiunt̄ equidē huiuscemodi materies: quū nimbosæ procellæ subito fragore corrūt: quas & solis & aeris placida trāquilitas statim sequit̄, quæ quū cælū ipsum serenet & cætera elemēta hilaret & quēuis excessum exsiccat atq; extenuet: terræ uultū indurat: cuius ora cū cæteris meatib; astrigit. Quā ob rem uenti: uapores: fumiq; illic conclusi abinuicem repugnantes dum exitū inuenire contendūt: furibundū atq; horridū certamen conseruit.

A quibus astris maiora discrimina quæ ab ipsis syderibus sentire solemus: oriantur: & quos maiori ope indigeamus.

Caput.lyiii.

N hac quinta parte de solis lunæq; effectib; agendū est. Vtriusq; namq; uires maxime explicandas esse oportere existimauimus: quū ea ex omnium planetarū numero principatū obtineant, usque quidem duobus uere cognitis: haud multū aliis sydenbus indigemus. Maior quidem differētia qua cætera sydera euariāt: a sole lūaq; producit. Quā quidem ob rem aliis in locis de quopiam eorū singulatum: in aliis uero de utroq; differere conueniet.

Quæ discrimina iter solis lūæq; sidera sint: quas cūq; differētias  
ob alia accidētia sol ipse agat: & quonā pacto mortales ab eo min?  
q; cæteri aiantes lædi experiantur.

## Caput.ly.iii.

I Olem præcipuū sydus esse: manifestū est: quis ob sui cōstantiā  
minorē ab eo tū prosperā tū aduersam diuersitatē q; a lūa senti  
re soleam?. Hoc tamē quātū ad ascensum descensum q; spectat intelli  
gēdū ē. Nā quū solis robur capim? per .xxiiii., horarū spaciū longe ma  
iorē differentiā nobis ostendit: quū is diē a nocte intra idē spaciū se  
cernat, lūa uero ab huiuscemodi facultate priuata ē: neq; huic simile  
distinctionē agere potest. At cū solis radū aliorū corporū oppositiōe  
lædunt: maximū detrimentū sentire solem?, qui quis cū sibi propria  
claritudine decurrat: tū quia nūc propri? nunc remotius nos inuenit:  
haud æquū calorē nobis impēdere assūescit: quib? i reb? hominū ge  
nus min? cæteris afficit. Mortales nāq; contra huiuscemodi excessus  
defectusq; & pro utriusq; discrimine armant: ueluti in tempore quo  
naturæ calor imbecillior reddit: igne: tegumētis: cibo: domib? & isti?  
modi generis reb? uel eundē cōparāt: uel cōtra frigoris ict? opportūe  
muniūtur. Nec secus ut solis æstū moderent: decētia media iqrunt:  
uti frigidas māsiones atq; escā aliaq; frigiditate præstātia: a quib? ad  
iuti calorē min? ægre pferūt. Quapropter quantū ad naturæ calorē in  
hominū generatōe natali q; téporē discrimina haud nimiū referūt.  
Quanq; illud nequaq; prætereūdū sit: & æstus & frigor exuperantes  
excessus non parū eos lædere posse: qui ob inopiam munimēta sibi cō  
parare non queunt. Illud quoq; manifestū est: uti res quæ medio ca  
rent: molestiam maxima ex parte afferunt: eæ alios extremos morbos  
curare quandoq; experiuntur. Verbi causa: calorem in fracturis iūctū  
raruq; laxatione: atq; in humorib? quos per sudorē deicere opus est:  
nimium prodesse longa experientia edocuit. Frigoris quoq; uis & pe  
stiferis morbis & corporis lassitudini excellētiq; calefactioni peruti  
lis est. At quis harum ægritudinum materies ab elementis prodeat:  
diuersum in iisdem medendis modum iuxta solis proprietates obser  
uare solem?. Neq; idcirco estimatiōe dignum est: solem in leone sem  
per æquo modo calefacere exaltariq; i arietē uel ob saturni syderis aspe  
ctum sine discrimine infrigidari. Semper & enim ut horum & ipsorū  
aliorum signorum & planetarum accidentia concurrunt: effectus is  
euariare sentitur. Elementa quoq; ad id & lædunt & iuuant, quæ  
quis solis proprietatem nequaq; demandat: radiorum uim & extenuare

& augerent non parū possunt. Vnde id non semel compertū habemus: diuersum a sole ob regionum uarietatē calorē sentiri solere: neq; is se per uno modo ubiq; clarescit aut fanus experitur turbidusue reddit: tum propter altitudines tum ob cōualles tum etiam uapor:nebula rū atq; aeris exprantis differentia. Artoas siquidē partes ab ethiopia in calore deuinci negare non licet: quā quidē ipsæ frigore longe suerant. Neq; boreā austro euroue equiperamus. Accluia præterea loca cum aquilone uel zephyro aliisq; flatibus ab his duobus interclusis & claritudinē impartiuntur & cibos magnopē digerere faciunt & humores mirandū in modū exsiccat. Decliuia uero cum suis uentis ecōtra agunt. Stomachationē equidem cum grauedine atq; opacitate in ducunt: cū quibꝫ integrā habilitatē ad splendorē quē superiora corpora subditis ipendere solent concipiendū: mortales minime possident: & uti syderū motꝫ circa animatiū uegetationē cū elemētis ipsis corre necessū est: & illa expedite labi & hæc recte ualere: & oīa deniq; bonā aptitudinem possidere peropportunū est.

**B**ruta aialia sectūda in differētia a sole affligi solere. Caput.Ix.

**b** Ruta itaq; aialia huiusmodi solis mutatiōes secundo in loco sentiūt: quū opportunō medio neq; oīno careāt: neq; idē plene possideant. Inuentūt enim aiantes huiusmodi in pabuli tū copia tū inopia maxia discrimia. Quā ob rē ipsos eo tūc quū plantæ extra terrā irrūpunt: in lucē edi: maxie cōuenit: ut alimētū diutius faciliusq; inueniāt. Tunc etiam utilitatē excipiunt: quia mēbra a calore dilatant. A frigore aut̄ contrariū nō documentū assumunt.

**s** Plantas solis accessu discessuq; nimīū lædi. Caput.Ixi.

**p** Lantarū deniq; generi longe maius nocumētū adumentūue isti? syderis accessu discessuq; prouēit. Quā ob rē plantæ ipsæ huiuscemodi excessus minime dissimulant. æstu namq; excedēti are scere frigore uero occidi assuescūt: neq; in istarū quapiā exuperāti uice extra humū egredi audent: neq; exortæ crescere queunt. Oēs cēmū creaturæ medio quodā téperie prædicto a natura prodeunte indigēt: quod a uere atq; autūno maxima ex parte per oēs prouincias pene possi detur: quis tépora ipsa uaria sint. In quacunq; attamē illud primum uer dicēdū est: quū mediocris calor aduētare incohāt.

**C**ui cōplexioni sol magis faueat: & quo in tempore sanguinei ipsi a uariis morboꝫ generibꝫ crebrus infestent. Caput.Ixii.

**f** Ol ad sanguinis complexionem augendā roborandāq; uim præ cæteris astris possidet. Quo fit ut a.xiii.calendas maii ad.

sextūdecimum usque calendas iulii sanguis is a q̄ pluribus ægritudi  
bus infestetur: cuius rei causam non unicam esse cōperim⁹: prodeut  
enim huiscemodi de quibus loquimur morbi & a caloris uigore &  
quia is a terræ: nebularū: aquarūq; uaporibus nō parū lāesus est: quū  
sol etiā a quauis causa deturbatur: sanguineis maxime aduersat: tūc  
præsertim quum ipsius eclipsatio accidit. At uero quum solis astrum  
recte scandendo omnē suam calidā uim (calefaciendue robur) assu-  
mit: istis minus nocumentū impartiuit.

Quando colerici infirmari sint soliti.

Caput.lxiii.

c Olericos a iunii idib⁹ ad augusti mensis calendas plures q̄ alio  
in tempore per naturam morbi offendunt. Tunc quippe aer im-  
becillis est & ignavia torpescit: & ea brevis uis quam possidet intem-  
perata experitur.

Flegmaticos peraugustū mensē magis ægrotari.

Caput.lxiii.

a Flegmatici in augusto ægrotantur. Eodem enim in mēse hu-  
more extenuari: absumi atq; expargi: manifestū est.

Quo in tempore melancholici a morbis uexētur.

Caput.lxy.

m Elancholici uero perautumnū & uacilare solent & propi⁹ peri-  
culo accedunt. Eo tunc nāq; terra & frigus sentire & putrefac-  
re icipit: eamq; parum uigere sensui patet. Quam ad rem haud ambi-  
guum argumentū ex fructuū foliorūq; occasu & corruptiōe colligit.  
Quādo uæhementius a syderibus uel iuuemur uel lædamur.

Caput.lxi.

q Vū sydera scādunt: longe maiorē q̄ quū descendunt: ad augu-  
mentū nostrū amiciciā ostendūt quāq; de nōnullis plāetis hac  
in re (quātū ad mébroꝝ agilitatē dico) uel parū uel nihil tū adiumēti  
tū nocum éti sétiā⁹. de luna tamē dicédū é: quū & magnitudine præ-  
stet & cursus celeritate maxia excellat. Quā ob causam paucis itra die  
bus magnā dissimilitudinē nobis affert. Verū ubi argumentū aīanti  
b⁹ ipartitur: id nō min⁹ ad ineptiā q̄ ad habilitatē itelligendū est. Oia  
nāq; postq; suas magnitudines contraxere: lunæ senectā utiliore expiun-  
tur. Ea q̄ppe quū senescit: hūores inanire facit: nosq; expeditiores red-  
dit: quapropter liberi⁹ operari possum⁹: quis & i ipsi⁹ lunæ discessu &  
in accessu magis præstat: quāto ipsa a coitu termiatiōeue (quā quartū  
aspectū dicere solēt) siue sui siue alioꝝ planetarū lōgi⁹ distat. Sydera at  
coētia quis cōformia sint: ea & expedite labi & liba esse: nimiū decet

Ex opere & enim quod breui i momēto fit: & longa salus & perpetuae  
læsiones quādoq; nobis proueniunt. Cunctis tamen rebus hæc latio  
num uariatio quæ elementa moderetur necessaria est. Aliter etenim  
& calor tantopere augeretur perduraretq; frigus quoq; tamdiu rige  
ret: aquaq; & uenti tantum impetum agerent: ut magnā animantib;  
stragem inferrent. Opportuno demū temperamēto depulso uel mun  
dus deustus horresceret: uel frigore rigescens torperet: uel imbris  
summersus inutilis iaceret: uel uenti secum omnia raperent. At quāq;  
syderum téporumq; mutationes nocumentū afferre in præsentia de  
monstrent: ob id singula elemēta robur assumūt: quo suo ministerio  
recte uti possint. Quo in modo mediū satis idoneū nobis a natura tri  
buitur. Id tamē uniuersim fieri dicimus. Per accidēs enī aliter eueni  
re contingit. Quandoq; quippe & iuxta téporis naturā & lunæ uel alte  
rius syderis aspectū pluua descēdere debuerat: uerum eo tūc nubib?  
a contraro uento uel depulsis uel resolutis euentū frustrari accidit:  
& prius q̄ ex ab opportunis flatib? aquā diffundere cogantur: ipsi sy  
deris deturbatio expirat. Et uti huiusmodi ymbriū uasa quādoq; deti  
nent: nōnunq; etiā impellūtur: ut maxio cū fragore soluant<sup>r</sup>. Nubes  
equidē humore oneratae si cōueniēs uetus expirat: in breui tempore  
atq; loco aquā diffundūt: quāuis & tempus aridum sit: & siccum sy  
d' regnet. At huiuscemodi turbines particulatim euenire & nōnullas  
res ex his quas opprimunt corrumpere assuescūt. Nebulas præterea i  
uallibus immorari sæpe uidem?: a sublimib? quidē locis eas ueti ar  
cent, quæ quū corpora opprimūt: siue plantarū siue aiantiū ea sint:  
ea infirmiora reddunt. Neq; dissimilē in aliis huiuscemodi acciden  
tibus siue secundis siue aduersis ordinem statuim?. Nam q̄uis plane  
ta qui regnat: ad aeris agitationē conferat: id haud aliter fit: q̄ quum  
sol aerē calefacit & terrā atq; humorē exsiccat: quos cuiquam neq; mo  
tū neq; stabilitatē impartiri potest: q̄uis aliquantulū maiorē uel quie  
tem uel feruorē illis det: aer liquide expirādi respirandiq; facultatem  
obtinet: neq; residem naturam fortitus est. Quā ob rem uarias affectio  
nes nobis defert: ueluti quū nuuos montes discurrit: uel quū æstu  
fa: paludosa: sana infirmaue loca permeat.

Aeris cū singulis sui præcipuis affectionib? diuisio & ob quas cau  
fas magis minusue somniem?.

a Erem trifariam diuidemus: quum in hac nostra europa ab eu  
ro atq; austro & grauedine & hebetudine corpora nostra sine di  
scrimine affligi sentiam?. Eorum quidē flatuū uterq; nos occupatos

redit: cuius rei causam longum discursum esse merito censem⁹. Vē  
ad has quippe europæ quas incolimus regiones perueniant: iam uen  
ti illi interrupti corpulentiq; redduntur: tum propter vaporis humo  
rem atq; calorem quos & offendunt & concipiunt. Immo & istius rei  
nōcumentū nobis ostendit somnia ob malā corporis aptitudinē alte  
rationēq; & fieri & augeri: ueluti quum quicquā ultra necessariū mo  
dū assumim⁹: præsertim si ex depravata re quapiā uel salutis nostræ ad  
uerfa illud capimus. Africo enīm euroq; uento flante tum magis tū  
maiora monstra præ cæteris téporibus somniare solemus: maxime si  
eo tunc humiditas modum excedit. Huiuscemodi tamen flat⁹ ad plā  
tarum auctionem nimium præstant. Pulicibus etiā muscis: reliquisq;  
istius generis animantib⁹ naturæ nostræ infestis maximo adiumento  
sunt. Purgationē quoq; cum his uentis assumere: bonum est. tūc  
quidem membra laxa consistunt: & medicinæ cedunt, quā aquilo ma  
gnopere comprimit. Neq; ex sola illa uentoq; quā rettulimus cau  
sa somnia uariare experientur: sed q̄ plurima alia somniandi uarieta  
tem afferunt: & fantasmata eo tunc occurrētia ad sui similitudinē du  
cūt. Iuxta cibi siquidem assūpti materiam magnitudinēq; tum leui  
tum grauius in somniis discurrere assuescimus. At quum flegmati  
cus humor exuperat: somnia infera sine impetu & male distincta cau  
san⁹. Melancholicis quidē uinctos atq; inextricabiles pati labores ap  
paret. Sed colera tum disputādo tū alteri⁹ generis pugnā conserēdo &  
affligit: & uictoria quādoq; parta oblectatur: ubiq; tamen noua cū  
inuētione pererrat. Sanguis deniq; per amoenitatem colludens hilarat:  
& per leues mot⁹ adhuc quū dormit exercetur. Quū in leni quoq; du  
roue recubimus lecto: differētia fit: uel quū pluma: lana: tabulæ: solū  
ue pro lectis sternuntur: uel quū emipens: humiliſ: ſicca: uel humore  
refecta camera nos dormientes continet. Pro omnium enim harum  
terum discrimine diuersimode & magnitudine & proprietate somnia  
mus. Pro plumæ siquidem differentia diuersæ dormitib⁹ affectio  
nes obiciuntur: dissimiles etiam figuræ in uitalib⁹ spiritib⁹ iprimi  
assueſcant. Nec secus de reliquis istiusmodi partib⁹ existimandū eſt.  
Aridæ nāq; res humorem ad se conuocant: humidæ uero nos humi  
diores reddere solent. Sortiuntur quoq; istiusmodi ſubiecta maiorē  
minorēq; penetrādi uim: uti ea frigida: calida: densa: raraue ſunt.

Ob alios etiam affect⁹ ſomnia naſci.

Caput. lxyiii.

o Balam itidem causam quandoq; ſomniamus. Non nunq;  
etenim mens aliquid tantopere optat: ut corpus ad id nimiu

attentum reddat: quo fit: ut quis dormiam?: rei ipsius in uigilia exco  
gitatae uestigia repigant. Dæmones etiā in hunc fere modum corpo  
ra somno oppressa tentant & per uoluptatem gestire faciunt: ea tamē  
uectare uel eos impeditre iter: minime queūt: uerum imagines spiriti  
bus animalibus obiicere possunt: quas ipsi cum toto corpore suo mo  
dulo cōmunicant: quum homo præsertim ab aliquo uehementi erro  
re detinetur. At quum dæmon ipse ad aliquā superficiem capiédam  
locum quandoq; inueniat: ea ex tali materia constare potest: ut corpo  
ra per contactū afficere atq; alterare possit.

Quæ differentiæ per lunæ mutationes iuxta mortaliū complexio  
nes sentiantur.

Caput.lxix.

**r** Vr̄sus dicendū erit iuxta mortalium cōplexiones quā differen  
tiam per lunæ mutationes sentiamus. In hoc equidem nego  
cio magna pars & tempoz & flatuum & locorum in quibus degim?  
discriminibus cōmittitur. Nam quū sydus hoc alteratur: si colericū  
quēpiam animantē in imo: humido atq; nebuloso oppreserit loco: eū  
dem facillime afficiet: si eurus maxime cum excedenti expirauerit ca  
lore, quæ res flegmatico homini minus nocuæ certe erunt. E contra  
autem quum in editorib? atq; apertis & claritudine micatib? terris  
zephyro aquiloneue flante habitamus: colerici maxime iuantur. At  
flegmatici sanguineiq; non multū ob id utilitatis capiunt. Sed quū  
huiuscmodi lunæ defectus claro atq; feruido tempore eveniunt: si  
id subito deturbatur: sanguineos nimium laedunt, qui cum caligi  
ne uæhementius colericis nocent: & cum humore multum flegmati  
cis aduersantur: cū frigido ac nebuloso melancholicos ultra modū  
terrent. Quāuis illud negare non liceat quēpiam ex istiusmodi excessi  
bus cunctis mortalibus aduersari solere: quanq; neq; æque neq; eodē  
in tempore id fieri assuescat.

Quid per lunæ uel senectā uel iuuentam & uentoz discrimina in  
iporum animantium generatione causetur.

Caput.lxx.

**p** Ropter lunæ discessum accessūq; tam uarium: ipsius proprie  
tates quantū ad animantium generationem cum flatuum di  
scriminibus exponere decreuimus: quæ quum accedit corpora bene  
mixta pro sui cuiuspiam & generis & complexionis differentia reddit:  
ea quoq; robore præstantia cōficit: quāuis illa uirium agilitate: haud  
multū excellat: quæ quū despumatur( ut nominū stomachationē ui  
temus) animalia & minora & compactiora reddit. Ea demum hora

qua a paretibꝫ s̄amē ad propagationē secernit: tūc uel subtilis uel grāuis materia soboli ipedit: iuxta portioes quas ea ab elemētis assumit: quæ demū tāto uel p̄spicacior uel obtusior i filiis ē: quāto elemēta ipſa eodē i tépore micationa opaciora cōsistūt. Quo qdē cōceptiōis móto præterito & i artū digestiōe & in natuuitate atq; educatiōe ali qua ex pte iuuari possum: quis cōplexionē qualitatēue propriā imūtare nequaq; quimus: hag; etenim rerum subiectū iam in prima ipsi? corporis origine repositū erat. Neq; beneficū quod in natali capim? ulterius extendi solet: q; ad nos paululū uel magis uel minus cōmixtos peragendos: dummodo ab alio accidenti lāsioneue aliqua nō ad uersemur( de his rebus tamen dico: quæ uniuersim a natura prodi re assūscut) nā quum creaturā quāpiā bene educatā uidem: grates parentibus agere solemus. Et ecōtra dedecorosi u; habentur: quū s̄oboles ab ineunte ætate per turpitudinē dedit. At in conceptu nostro nō solū huiusmodi conditions occurrere possunt: sed & liberos melan cholicos uel flegmaticos uel alterius complexionis esse tunc causat. Fīt quoq; eodē in puncto ut alii animantes imbecilles: hebetes: impe ditū: ægri breves: alii uero agiles: uigilantes: perspicui: magni: & rōbore & motibus præstantes nascantur.

Qua hora geniti simus nō stricte ab ipsis hominibus sciri posse.

Cāpit,lxxi,

q; Va hora tamen præcise geniti simus: non semp cognoscere possimus: quis per syderū reuolutionē & per natuuitatis numerū idipsum scire obnixe contendam?. Quanq; unum illud, s. uidea mus: nō multū a re ipsa distare: punctum siquidē propriū ignoram? cuius rei argumento maximo est: quū inter animalia rationis experta binas eiusdē speciei foemias eodē momēto concipere uidem?: quanū altera per plurū dierū interuallū ad partū maturius accedit: neq; id semper tamen sed s̄aepē eueniē dicimus. At quanq; inter brutos aian tes aliqualē cognitionē habeamus quorū coniunctiones aperte uide mus: quis ordo in hominibꝫ recte depræhendi poterit: qui actū hunc occultissime agunt: an tūc plueret: cæliue tranquilitas splenderet: tép? siquidē in quicodē luna aspectu nō semp æque deturbat & quū flegmaticus quispiam sub humido planeta gignitur: si id sicco tempore fieri accidit: is minus humoris & maius aptitudinis ostendit, qui per pluiam augumentum in sua complexione cōcipit. Quapropter longe salubrius esset huiuscmodi nocua accidētia ante generationē uitare q; ea perfecta inquirere. Frumentum quippe eodem tem-

peramento nimia ex parte sapere assueuit: quod hum? tunc quum s?æ minabat possidebat: neq; hoc solum ueruetiá & reliquas temporum uicissitudines ostendit: a quib? in sui transmutatione uel læsum uel adiutu fuit. Sed postq; cespitib? confessis aduentitia hastilia tellurem irrumpunt: tum bona tum mala tempora haud multo cum discrimine accipiunt. Iam etenim cementu conditum habent: quis fruges omnes ad prospera auctione opportuno tempore indigeant. Neq; secus quum grana in spicis coagulandi initium faciunt: & ex lactea illa porriucula nouam induere formam incipiunt: quantulus quisq; excessus ad ea dælenda sufficit: quæ postq; curata sunt mirandum in modu restunt. Hic deniq; ordo quæ tā paulo altius (exempli causa) ostendim?: singulis animatib? occurrit. At quāq; huiusmodi necessitas tunc quū in utero concipiuntur magis impēdeat: dum sperma ipsum cogelatur & membroz aptitudine indui cōperit: & opportuna tempora & plæraq; alia fauentia appetit. Quæ quippe cauta in iis fere omnib? quæ maris ac fœciz coitu gignuntur: explorata est, ea equidem animalia quum ex uulnari prodeunt membro: tum in membranis in quib? puls inuolutus in lucem exit: tunc in reliquis excrementis parentu ualitudinem in ipsa generatione ostendunt: ipsorum statu ad mentem per sui similitudinem reuocant: & ciboz: locoz: ac tempoz: differentiam (quis hæc de matre tantum) demonstrant. Quas res attamen equæ: uaccæ: capræ: ovesq; apertius ostendunt: quum tēpus quo a maribus comprimuntur: & paſcua in quibus degunt: uideantur.

Quibus in temporibus animalia diuersis affectionibus prædicta reddantur.

Caput. lxxii.

t Vm de natura tum de accidenti uniuersali satis hacten? dictu est: nunc autem in fine libri ad partem planiorem strictiorēq; deueniendū esse remur. Quanq; hac in re nonnullorum cursu effect? quæ in generatione cōtingunt dicere potius q; uel eandem materiam distinguere uel declarare mēs est. Corpora quæ accedente luna sereno tempore consistēt & aquilone spirante gignuntur: si uisdem conditionibus (præter lunæ iuuentā in senectutem permutatā) i lucem prodierint: ea recte cōmixta & bona statura erecta robore ualida: parū ægritudinibus subdita: & ad quāuis deniq; rem probe clara nascūt: quis plantæ humorē appetant: & lunæ augmentum eo modo desiderant: uti elemētorū qualitatibus e quibus ipsæ constant: cōuenit. Luna congregiens & temp? nitidum afflante fauonio corpora quæ eo dum concipiuntur: pulcherrima reddunt: & colore hylari pluſtrat:

quæ tamen neq; viribus excellere: neq; deficere solent: quæ discendi  
habilitate præsent. Ea quoq; ifirmitatibus multū resistere nequeūt  
quæ ab illis crebro infestari nequaq; experiātur, quæ quū ægrotant:  
facile mederi possunt: ad medicinæ siquidem beneficia concipiendā  
satis idonea sunt. Animalia demū quib? in lunæ auctione gigni  
atq; oriri contingit: siue eurus siue austor expiret: membrorum uastita  
te excedūt: male mixta & mollia sunt: & virium tarditate atq; ingenii  
hebetudine deformātur. Immo & a crebris morbis vexata pro suis tā  
tis defectib? penas dant. Quū usdem quoq; flatibus atq; elemēto/  
rū opacitate si digredientē lunam cōiunxeris: mortales imbecilles na  
scunt: cuius etiā syderis cōunctiones uel alterius cælestis plagæ de  
turbatio eosdē per omnis partes lōge deteriores & aliquib? in mēbris  
mácos magna ex parte redderēt. Neq; cū his malis crebras immo cō  
iunctas ægritudines (ii dū uiuunt) fugere possunt. Quay res causa  
& a naturæ cursib? & a parētu accidētib? cōmuni euēre cōspicit: q;q  
soboles gigrientium aptitudinē magna ex parte imitēt: sed eam habi  
litatē hoc in loco dicimus: quā parentes coeuntes possidebāt. A natu  
ra & enī parentes ad propagationē nō aliter cōtribuūt: q; ipsi ab elemē  
tis fauent. Per accidens nāq; quū patres ægni læsiue sunt: aut ciborū  
copia æstuant: uel ineptis in locis degunt: progenie ob singulū hu  
iuscemodi excessum maxime lædūt. Quæ res aduersæ quū ad unius  
hominis generationē simul coirent: nō solū eūdē aliquib? in mēbris  
particulatim deficere uel excedere cogerent: uerū totū hominē hebe  
tē occupatūq; conficerent. Immo & corpora quæ quoquo modo rest  
stunt: a bonitate materiæ præsidū ipsum assumūt. Ea tamē imbecil  
la semper euēnire: manifestum est.

Vnde animantes læsi nascantur.

Caput,lxxiii.

**a** T quū singulare aliquod mēbrū impeditū ac sine moderam  
ne in homine per reliquā corporis partē agili conspicimus: de  
fectū huiusmodi syderū atq; elementorū iniuria euēnire dicim?: quæ  
eamet astræ ante repugnantiam illam cæteris artibus fauorem dede  
rant: subito tamē a contraria oppositione deturbata opacitatem sen  
serunt: a qua obnubilata opportunam téperiem eidē mēbro ministra  
re non poterant. Hæc demū norma quā in præsentia tractam?: haud  
magno ingenii labore & actionū experientia adipisci: & ad cognitio  
nem nostram deuēre potest. Séper equidē naturæ uigore inepitiāq;  
sentire possum?: dūmodo idipsum intueri: & corpora nostra mouere

uelim? Ea siquidem grauiora: leuiora: clariora: opaciora: laxiora ut ad tempore similitudinē experimur. Huiusmodi quoq; affectiōes nos ipsi augere & minuere quimus: iuxta alimenti: loci: domus: laborūq; naturā. Illud tamē semper animaduerte: ad quæcunq; aduersa perferenda sobrietatem hominū generi mirandū in modū amicā esse. Mortales quippe qui cibis pleni sunt: q̄uis plura uerba dicere assuescant: ea probe uel regere uel opportuno ordine promere minime queūt: neq; tūc corporis actus cū robore aut leuitate cōuenientib⁹ peragunt. Ut temperie deniq; adipiscamur: homines ad sana loca se ferre retrahere necesse est: & quū corpora exercere (ne experiri dicā) uolumus: boreā fauoniumue expirare & tempus nitidū supesse maxime oportet. Quæ res nō tantū ad corporis motus & ad propagandā sobole: uerū etiam & ad animi indagationē multū conferūt.

An uinius membra defectus in alterius adiumentū a natura transmitti queat.

Caput. lxxviii.

i. Lluc redire peropportuuū est: & controuersiam illam ad mentē reducere: quæ a natura aliquo in membro euentre documus, nonnulli siquidē unitus membra defectum ad alterius augmentum a natura transmitti disputant. Si ita uerū dicerent uti aberrant: haud secus homines altero pede claudi uti sani bipedes progrederentur. At quanq; ii qui hanc partē tueri præsumunt: ad artus illos refugiant in quibus experientia quoquo modo elonget: id circa ignaros (uti accidit) locū habet: apud prudentes enim nihil uerisimilitudinis afferre potest. Natura siquidem alicui membro maius beneficium impende re nequaq; potest: præter q̄ ipsum ad id cōcipiendū idoneū capaxq; ab initio constituit, quæ ueluti ægrum penitus protegere nequit: sanū multiplicare non potest. Neq; super illud ambigimus: altera manu trūcata altera extra cōsuetudinē uti solere: neq; eandem aliquibus in partibus dexteritate præstare posse negamus. Dextro quidem brachio abscesso & tempore & consuetudine alterodextri (ne ambidextri cum pluribus dicam) deuenim?. Neq; ob id uti cū dextra māu sempiuuamur. Immo & si sinistrum latus deleatur: dexterū ob eundem respectū quicq; crescere haud iustum est, nec secus de his qui usū carēt dicimus: ii enim audiendi mentionē maximam agunt ipsiusq; mures excellētem habitū uendicare (ut sui miseriam alleuient) sūmope cōtendūt. At quū nimium suæ uitæ moderamē aurib⁹ cōmittat: illos ipsos circa eundem sensum attentiores reddi: & in reliquis remitti cōueniens est, sed qui has & huiusmodi laesiōes ægritudines ueana-

tura contrahunt: id ob materiei septiam atq; corruptionē maxie prouenit, quib; quū natura rectā compagē & habitudinē denegauit: quādo eos dē ab eadē restitu sperare licebit: Iam q̄ plurimos tūdi mus, qui huiuscemodi cautellas( ne pactiones dixerim ) quærant, quarum ueritatem ad rem suam posse conferri:dubitandū est: quanq; per istiusmodi discursus in fantasmatisbus augeantur. Non paucos quippe ex mortalium numero a uariis frenesis speciebus oppressos cognouimus, quorum adhuc neminē qui cunctis sanis hominib; exceleret comperimus. Quis deniq; claudum aliquem in cursu præstantē expertus est? uel quēpiam humeris lœsum qui lactu anteiret: demen temue qui corporis robore & ingenii acumine cunctos summiteret? Aut caecum quis uidit ducem:speculatorē: exploratorem se præstantiorem? Verū menim uero communis ac sine nomine turba stultis defrenatis conspectis eorum furore perterrita eosdem fortissimos appellat, quum orbū quoq; stratam aliquā quā s̄epissime de ambulatus est: destinare uident: ipsum sentiendi uigore reliquis excellere dicit.

G. AYORAE CORDVBENSIS AD ELISABETH HISPANIA  
 RVM REGINAM PRAECLARISSIMAM IN LIBRVM TER  
 TIVM DE DIGNOSCENDIS HOMINIBVS PRAEFATIO.

I absq; auctore aut sine me aliquo a nobis eru-  
 dito librū hunc tertiu quē explicare aggredimur: recte intelligi posse existimarem: nihil  
 profecto uererer gratias a posteris petere: quā  
 nullum antehac tā grande mun' homo mor-  
 talis mortalib? dilucidatū in medium attule-  
 rit. Nam si apollinis oraculum præcipuā atq;  
 opportūiorē partem cognitionē sui cuipiam  
 esse asserebat, qui ad se aliosq; probe dignoscēdos uiām modūq; inue-  
 nent: an auctori & interpreti quidq; debeatur? Tu mulierū decus splē-  
 dorq; iudica, qd deniq; opus nemini nunc in orbe uti maiestati tuā  
 fane conuenit, quæ maiori & præstatiōri hominū atq; equoq; nume-  
 ro præs: cui quoq; cætera & ad bella & ad pacem necessaria tua icli-  
 ta regna magna cum multitudine exhibent. Habes quidem & ad na-  
 uales & ad terrestres copias instruendas opportunitatē maximā: un-  
 de etiam comeatus abunde atq; facile compares. Quid enim de tua  
 hispania dicam? quæ & ad agendos & ad reparandos exercitus toti  
 orbī terrarū præpōit. An quoq; sicolæ feracitatem reticeam nescio:  
 quæ ex se ipsa perhibetur, cui sardinia cum balearibus insulis subsi-  
 dio promptæ sunt: quartum gētes ad pugnas nimiu quum oporteret:  
 prodescent. Nūc etenim Granatæ regno expugnato: quid ad reliquis  
 gentibus leges imponēdas extra librum hunc tibi deesse uidebatur?  
 Quā ob rem iisdem in téporib? confici prodireq; deū optimum maxi-  
 mū permisisse facile arbitror: ut a tantis scelerū generibus mortales  
 sub aliquo duce optimo expurgari ac redimi queant. Neq; ob causā  
 hāc quā memoro: me somniare existimes. Potuit nāq; punicus hanni-  
 bal: haud magna numidarū copia ob hispaniæ seditiones eiusdē fe-  
 rociā domare: indeq; ab hispanoq; parte adiutus galliam uincendo  
 transire alpes superare: italiā debellare: romanā rem adeo affligere:  
 ut sua mora potius q̄ ciuium reliquiæ Ro. menia defendisse uideren-  
Habitudines quas quatuor pares cōplexiones i eodē animali cō/ ficiunt: diſſufe narrare: nō niſi corpus informe deſcribere profecto fo/ ret. Nōnulla tamen eos signa dicemus: quæ ipſos noticiā aſſertere po/ terunt, illudq; in primis notandum eſt: adeo enecti ac cōtufi apparet ut eos extrema mēbra ſemp frigore algere uideantur. Colorem inter/ uiolas & nigredinē tenent: neq; magni uel ſtatura uel corporis funda/ tione conſiſtunt. Faciem mediocrem: collū uero gracie ſortiſtetur. Eo/ rū humeri aut quū aſpicioſis decidunt: aut iam deciduſſe uident̄. Cubi/ torū tori atq; fœmora gracilitate laborant. Crura tortuosa crassa atq; parī grossedine prædita: & toti rectæ discretionis expertia tenet. Quo/ rum malleoli magni ſunt. Pedes nimiū intorti (quiſ mediocres ſint) conſiſtunt: neq; minus cum plantis q; cum circumſtantib; pulpe/ culis uestigia ſignant. Lacerti prælōgi atq; uberes. ſtrictæ cum crasse/ dine atq; rigore manū ſunt, quaꝝ atq; cæteroꝝ mēbroꝝ tactus (quū i/ temperatus ſit) horrore efficit. Eoꝝ quēpiā ulla mortali eruditioſe ſa/ pientē fieri: pene impoſſibile eſt. Paru& enim diſcunt: & pefſimā me/ moriā habent: breue quiete & minimū patientiæ poſſident. Viſ: leui/ tas & eiciendi facultas lōgissimē a ſua habilitate diſtāt, eoꝝ expreſſio/ atq; uox tam crassa & pōderofa eſt: ut delicatas aures & occupet & nō/ ſine magna moleſtia oneret: ii nimiā ex ptepro familiari ſermonema/ gnis uocibus ſæpe utūtur, huiuscemodi demū in complexiōibus cō/ parationē adducimus: ueluti in præſtantī & optime texto panno acci/ dit: quēnō facile color penetrat & in oīb; quidē partibus reſiſtit. At/ rarus aliis quāuis liquorē cito imbibit: qui tamē ſi uili materia cō/ ſtat: neq; labore tolerare: neq; colorē excipere poſteſt.

Quam ardua diſſicuitas ut ſeſequiſpiā cognoſcat: uerſetur: cum/ optimo ad id agendū præſidio.

### Caput.liii.

i Am de ſingulis complexiōnib; atq; habitudinib; per quas ho/ mies ipſos iuxta cuiuspiā naturam: cognoſcere poſſimus: ſue/ fortes ſive debiles: ſani: infirmi: habiles uel iepiti: leues graueſue atq;

aliis huiusmodi affectōib? prædicti ii sint: quā equidē relationi uerbo  
 rū copia dilatari & aliquali sententiae augmentatione uegetari haud  
 difficile fore arbitramur. Verū enī uero ut cōmuni utilitati potius  
 q̄ magnifico uel apparatu uel quæstui seruirem?: id ipsū paucis absol  
 uere statuimus: ut breuiori in tempore ad mētē reduci possit. At ordo  
 quem hac tenus exposuimus: uniuersim ad aliena corpora dñoscē  
 da sanctus a nobis est. Neq; quonā pacto se singuli cognoscere de  
 beant: antehac diximus: neq; id sine aliqua maiori difficultate haberi  
 posse ob triplicem causam negamus. Tria namq; mortali cupiā à na  
 tura tributa sunt: quæ ipsum rectū iudiciū de se capere nō parū prohi  
 bent. In primis & enim nos nobisip̄is cariores q̄ cæteris esse palā ē:  
 quā ob rem bilancem in fauorē nostrum persæpe incliamus: immo  
 & quū in errorē incidimus illū minus grauare solemus: q̄ ratio ipsa  
 expostulare uidetur, at q̄uis excessum defectūue nostrū turpē esse ha  
 beamus: dum nostrū corpus p̄ suppliciū expurgare contendim?: mi  
 tiores (profecto) q̄ in aliis plecfēdis p̄sonis sumus, quæ quidē poena  
 amare mensurari assuēscit. Secundū uero in hac re impedimentū  
 illud q̄ maximū occurrit: modū quippe atq; aurā quibus in ipsis actio  
 nibus exornamur: detur pamurue nullo medio clare uidere possum?:  
 at alia corpora in propatulo conspicimus. Quā ob rem quū aliquos  
 qui bonā auram atq; agitationē per motū habent: uidemus: illis assi  
 milari cupimus: dūmodo nos illas partes p̄stātiori modo posside  
 re: alii fidedigni uiri nō affirment. Id postremo cōnotandū super  
 uenit: mortales scilicet haud recte appræhendere posse: quam nam for  
 man sua p̄cipua mēbra sortiant: qui quum aliquo instrumento ea  
 uideant: nunq; id tam clare faciunt: ut integrā atq; quieta cognitio ī  
 aio sedeat, quod tunc māfeste experitur quum alios nostris personis  
 simillimos uidemus, quos primo aspectu nunq; alias uidiſſe existima  
 mus: neq; illos nostrum corporis habitū atq; similitudinem habere  
 promere audemus. Vnde liquido appetat: nos nostri corporis formā  
 non recte conceptam habere. Si mortales namq; se uti cæteros circun  
 spicere possent: haud secus se q̄ alios iudicare quissent: neminē tamē  
 uidimus quē ueluti nos ipsos uidere solemus: uidere possimus. At ī  
 aliis plurimos tum similes tum longe in totū disparest tū parti simi  
 les partim dissimiles appræhēdimus: in quibus dignoscendis maxie  
 ab experientia iuuamur: quanq; si rationi imperium traditur: quem  
 quam se cognoscere posse: non numiū perarduū est. Mēbra equidem  
 quæ puplice conspicimus & sui noticiam claram demonstrant: & de

aliis maxima indicia afferunt. Neq; illud a longe abest, qua comple  
xione proportionemur: & uti alii ex eadem confecti nos operari debe  
re: inde colligere, qua quidem via & ratione quū absentis hominis  
habituidnes nobis rite narrant: quā complexionē is possideat & quā  
in illa perfectionē sortiatur: cognoscere possumus.

Totius discursus limitatio.

Magnā bonitatē nonnullis inesse corporibus satis ostendim⁹. Ne  
q; ullū propterea summā perfectionē habere intelligim⁹: dummodo  
id mans & foeminæ coitū gignatur: & illi materiæ elemēta impartiā  
tur, quæ etiam i seip̄is per motum alterant̄. Quā ob rem nullū aīal  
uel temperatū uel intemperatū omnino sed per cōparationē sua discri  
mina obseruare dicim⁹, ut proprius tamen ad perfectionē hanc acce  
damus: eam in colera & sanguine pene pari magnitudie distributis i  
quirere: & a flegmate & melācholia auffugere peropportunum est, at  
quanq; duo corpora eadem cōplexione absq; magnitudinis differētia  
proportionentur: in ipsamet maximū discrimen ob plures causas ea  
sortiri queunt: ueluti latius olim exposuim⁹. Verum siue id ab ortu si  
ue a quocunq; accidēti prouēiat: cuius elementi maxima materiæ ps  
constet: & quā perfectionē ləſiōnemue in præsentia possideat: per il  
lam cum facilitate cognoscim⁹: q̄uis causæ ipsius originē ignoremus  
At rei istius cognoscendi modus inter pmixtos raroſq; disserta est.  
Neq; perfectiora huiuscemodi corpora uel tam probe cōfecta esse di  
cimus: ut illis uel labor uel corruptio ignoscere debeat. Neq; ea quæ  
deterrimā atq; informē habituidnē sortiri docuim⁹: medio ex omni  
parte carere intelligēdū est. Immo hanc magnitudinis differentiam  
pluribus modis capere possum⁹: quæcunq; itaq; creatura iuxta ipsius  
speciem iudicanda est, in qua & bona & mala dici poterit. Nam si ele  
mentor⁹ atq; stellæ constatiā in sua simplicitate existimam⁹: indeq;  
ad priorē illam rerum originē animo scandimus: hominum uitæ cur  
sum atq; magnitudinē miserrimā iformēq; iudicare licebit. At uero  
quū inferarū specierū corpora respicim⁹: nostra maxia excellentia præ  
dita patescūt. Quā equidē per uiam plures duplices quacūq; in re quā  
tractamus agere possumus. Nam quū bifario: trifario: nūeriosiori ue  
modo rem aliquā intelligi quispiam censeat: id ex quocunq; loco ueri  
ficari potest: ueluti ubi bene condita corpora aduersa uehementi⁹ sen  
tire & ab illis magis q̄ inēpta affligi diximus: uerū quia contraria for  
tiis depellere possunt: & ad beneficia concipiēda aptiora sunt: illa me  
liora esse aperte fatemur: q̄uis alia illis in illa uexatione min⁹ sentie

da præstantiora appellare possimus.

Quam ob causam & si cætera per naturā animantiū corpora cor/ruptioni subdita sint, Christi corpus incorruptum mansisset.

Caput.lviii.

i N superiori capite omnia ab elementis constituta anialia cor/ruptioni subiici demonstratū est: neq; illud iuxta naturæ nor/mam in præsentि denegamus. Dum elementa & enim per continuum motū nunc ascendere nunc descendere & infirma esse & sanitate quā doq; hilarari cogentur: ab ipsis facta corpora uisdem uicissitudinibus affligi necesse ē. Nam si natura uniuersi quieta ac sine ullo motu sta/ret: ubi cunq; materia quævis consisteret: ea eundem modum statuq; uniformē seruare cogerec̄. Quā ob rem suprema omniū huiscemo/di rerū finita die in quo mundanus motus terminari debet: quū animæ sua corpora iterū resument: quis nō sanctificentur: ubi cunq; manebūt: eandē ætatem atq; magnitudinē absq; ulla prorsus mutationē obser/uabit. De Christi corpore deinceps extra naturæ ordinē dicem⁹ quæ marib⁹ & foemini⁹ & alijs uel putridis uel ab excessu productis rebus pro necessariis instrumentis ad ipsam generationē utifur, quē quidem modū transcendere per opportunū est: ut ad mēbra maioris excellētiæ deueniamus: ut illa christi uidelicet: quib⁹ elementa tantā bōitatiē quanta ab illis possidebatur tribuere: nullo pacto poterāt. Cælestia siquidē corpora atq; elementa ipsa tantā uim minime possidēt, qua corp⁹ simile uel tantæ perfectionis edere possint, ubi huiuscemo/di namq; residuā maiori nixu perficere moluntur: animaliū adhuc con/iunctione indigent. At uti christus materiam p suam solā uoluntatē potestatemq; assump̄it: neq; illam sibi elemēta ulla ex parte dedisse t̄ eandē quoq; ipsa neq; demere nec corrūpere posse manifestū est. Qua quidem conditiōe ipsius separationē a sua uolūtate prodire(uti fuit) oportuit. & uti mundani cursus ipsum initiare corpus uetuti fuerūt id eorū uis finiri non posse & manifestū & necessum ē: quanvis quātū ad materiam ipsā corruptibile esset: nō autem q̄tū ad colligationem quam in illo corpore possidebat. Ast alii non ob hanc quā rettulim⁹ causam: sed ob pares eiusdem corporis complexiones id extra mortis imperiū manere debuisse assuerant, quas in eadem mensura cōditas fuisse uolunt: ut eae ab inuicem nulla ex parte excederent. Quā ob cau/sam eas cuiuscq; aduentienti aduersitati resistere: & nullo modo intra se seditionē causare posse censem. Neq; huic difficultati longinquam responsionem assignabimus. Nullum equidem corpus ex quatuor

complexionū paritate recte confici potest: ut suo loco demonstratū est. Verū Christi corpus ea complexione (qua merito esse debuerat) cōstabat. Ea & enim sanguis & colera erat: tam æqua quātitate cōmixtæ ut sine magna difficultate qualis earū magnitudine præstaret: mini-  
 me cognosci posset. & tam paruas tum flegmatis tum melancholiae  
 portiones habebat: ut nullas (si liceret) esse dicerem: quæ resa sancta  
 eius effigie quæ in sancti iohannis laterano téplo romæ uidetur: apte  
 confirmatur: & a reliquis duabus idem attestat: quæ altera in sancti  
 petri, altera uero in sancti siluestri basilicis in urbe sunt. Si aliqua & enī  
 persona in orbe est: quæ sanguinea colerica: sine alterius cōplexionis  
 excessu: & cū melancholia atq; flegmatis occultatiōe recte dici possit  
 singulæ istæ figuræ iisdem perfectionibus præditæ longe recti dici  
 debent. Neq; huic complexioni dissimilem mentionē epistola illa Len-  
 tuli faciebat: quā a hierosolymis tunc romæ missam aiunt, in qua ip-  
 sius aliquæ habitudines circumscribantur. Neq; quū de corporib;  
 in genere agimus: illud redemptoris nostri inter ipsa ullo pacto intel-  
 ligimus. Iuxta naturæ merita locuti sumus, at altius ulterius prole  
 qui conuenit: ut ad illā quæ a Christo possidebatur ueniamus partē,  
 cui naturā regere ab ea autem regi minime conuenit, unde ex sua tan-  
 tum uoluntate mori necesse fuit. Neq; ulla alia res ipsum premere po-  
 terat: præsertim quū illius caro tantæ excellentiæ extitisset: ut priori  
 patri ante peccatum saltem æquiperaret, qui in illa prima innocētia ne  
 quāq; mori (quantū ad corruptionem) debuerat: neq; eius mēbra ad  
 putrefactionē peruenissent: quāuis somniantiū more uectata fuisset:  
 quæ nō oīno a passiōe erant aliena: quū nō penit<sup>o</sup> ab appetitu priuabā-  
 tur: & cibis sustineri debebāt. Forte tāen illi nostri priores protoplau-  
 sti p benedictionē ab oī passiōe redēpti ac liberati fuisset: quanq; ex ter-  
 ræ fructibus uesci illis impatum esset. Quantū deniq; sanctificatio i  
 illis primis personis amplexa esset: nō recte scimus: aliæ attamē crea-  
 turæ quib; eandē gratiæ plenitudinē deus largitus est: nō omnino la-  
 boris corporalis expes uisæ sūt: quis peccatum cōmittere nō possēt.  
 Illud demū fateri oportet Christū plures soli hōinis partes sua uolū-  
 tate sumpsisse: quā ob ré eūdē ordinē & in sui conseruationem & in  
 animæ corporis q; separationē obseruari necesse fuit. Referūt quoq;  
 alii eundem quum mori nollet: ab arbore uitæ degustaturum fore  
 quo mortem is uitare posset. Subtilissima profecto est opinio: ex qua  
 insensibilem arborem maioris prærogatiæ q; christū (qui de<sup>o</sup> & ho-  
 mo erat) fuisse: concluditur.

Quoniam pacto illi abiiciendi sint: qui leuisignis mortaliū natūras dignoscere præsumūt: cū opportuna rei iplius moderatioē.

## Caput. l.

n Onnulli & enim arbitrantur: se hominum agilitatem ex parui momenti signis deprehendere: ueluti per colos & capillaturæ: se tarumq; differētias: quos nō recte in hac re instructos esse merito existimamus: quū sententia sua opinioni repugnans ab experientia ipsa colligatur. Quacūq; & enim in complexione homines usdēm discrimini bus differentes continue uidere solemus. Crispus in primis fortē esse asseuerant: quū breui momento ex iis & ualidis & debiles inuenimus. Neq; aliter de illis qui planā capillaturā sortiuntur: compertū est: in unica quoq; met complexione alia setosa animalia alia uero pilis carentia: alia demū pilos & grossedine atq; rigore & alia lenitate & extē sione præstare: quæ res & pictoribus & lapidariis nocuā est: eos & enī imaginē propria forma præditā effingere: miraculosum fere est: nō ali quod naturale corp' ex quo simulachrū extrahat: æmulentur. Qua m parte adhuc & maxime laborant: & ad sui artis finem peruenire non possunt: ubi omnia membra præseritum demonstrari debet: eorūdem tamen errores passim demōstrare diffusum: in totū uero silere confusum esset: quā ob rem aliquos assignare: consiliū fuit: in hunc quippe modū præcipue aberrant. Capita sanguineis: crura atq; manus flegmaticis: colerae uero cubitos: & pectora melancholiae similia fūcere solent: neq; secus cætera deprauare membra assuecunt. Hæc partem prorsus dereliquim?: & ad signa deniq; redimus ē quib? illa quæ & a malis morib? & a quocūq; alio accidēti oriūtur: excludim?: sed iuxta aptitudinē qua q̄sq; prædit? nascit? capim?: Crebro & enī interuerit: ut plures imbecilles uiros circa actiones uideam?: quos complexio magni roboris erat: quæ a uoluptatibus deleta est: uel domini ignorātia sopita iacet: quia eati nunq; opportunis conuenientibusq; locis applicuerat. Ast alii contra: quibus & debilem & minimā materiem natura tribuerat: tantū quandoq; disciplina atq; solertia augeri experūtur: ut fortē in opere equiperare uideantur. Quæ quidē pars a nobis sine experientia certe iudicari non potest: sed illud est: quod cognoscere docuimus: quis circa cuamcūq; artem aptior per naturā sit. Quis etiā maiorem illius partem capere (quū id agere moliat) possit: quāq; accidentia ipsa aliquod impedimentū in ista cognitionē afferat: ueluti quū rustici manus tetigeris: quæ ob callorū indumentū carnis tempore riem per tactū ostēdere nequeunt: lœsiones quoq; ac cicatrices & illic

& in cæteris membris notionē impedire quoquomodo possunt.

Quā ob rem hoīum cōplexiones nunquo immutari queant: & quid per complexiones intelligatur.

Caput. Iyi.

i N præst̄i capite uidebimus: an complexiones uel temporis di  
scursu uel alio quopiā casu immutari aut aliae in alias conueri  
queant: qua in re nos plures p causas minorem tum robore tum ma-  
gnitudine augeri: maiorē uero humiliari ac debilitari assuescere (quū  
experiamur) dicimus. ueluti sit: quū ægritudinibus? mederi cupimus:  
qua expulsiō dulcia conuenire nonnūquo accidit, quæ in nonnullis  
minorī complexioni conformari & maiori aduersari possunt: qua in  
parte illi fauere huic aduersari a ratione cogimur. Semper & enim ubi  
magis oppugnamur: subueniendū est, at maiorem continue laborem  
ob sanitatis quod propter uirū inopiam sentire solem?. Quapropter plu-  
ribus rebus uti assuescim?: quæ iuxta naturæ nostræ proprietatē no-  
bis nocuæ sunt. Neque secus & de exercitationibus & de loco<sup>s</sup> in qui  
bus degimus differētis censem̄dū est. Quæ quidem atque huiuscemo-  
di quod plura alia accidētia præcipuā complexione non eodē modo uideri  
quo ea artea uidebatur: permittūt, ea & enim ob easdem causas a sui  
præteriti operis magnitudine longe distare poterit: quanquo operandi  
naturalē modū permutare non queat: quis quantitas ipsa nō tenuē  
differentiam pariat. Complexio quidem ultima uel prior uel secunda  
tertia uel saltem fieri nullo pacto potest: quanvis auctior & sit & uidea-  
tur, omnis quippe quātum ad hanc partē priorē ordinēa natura sanctū  
sequi coguntur. Illud tamen pro complexione capimus (ut de  
vocabulorum differentia contēdere minime uideamur) quod elementa  
corporibus in prima sui constitutione impédūt, quā quidē portionē  
& naturalē & uita manēte immutabilem dicimus. At forte aliqui  
tam ultra progredi ignari humorē pro complexione intelligunt: qui  
singulis accidentibus? atque momētis gigni potest: neque eundēab anni  
tantū uicissitudinibus permutari exponimur: sed & corporis repletio  
ne euacuatiōne per unius horæ interuallū is a sanguinea ad flegma-  
ticam proprietatē dimoueri poterit, quibus? in locis mortales uel sanos  
uel ægros aut ab accidentibus? expeditos aut circunuentos esse recte di-  
cemus: non autē ob id in ipsis suæ naturæ fundamentū mutari fabu-  
landum est. At quū nunc uinū nūc aquam aliquo in uase ponim?: quis  
in eo cōtentur? liquor uarietur: ipsum diuersum natura reddi: quū eadē  
adhuc retineat: obseruetque absurdū est dicere.

n Eq; unde inuentio hæc defluxerit: recte exploratum habem?:  
 quū paruam erroris differentiam de hac re inter nōnullos ap  
 præhēdam?: quoq; alii medicinæ alii uero astronomiæ peritos se esse  
 præsumunt, illi nam q; unicā complexionem quocunq; in corpore ad  
 certam temporis uitæ metā ad octauū scilicet: exempli gratia uel ad  
 .x. annū usq; imperiū possidere: indeq; aliā atq; aliā succedere cēsent.  
 At astrologi huiusmodi euentum a syderum ui profluere mentiri nō  
 timent. Immo & medici calore: humiditate: siccitate atq; frigore uti  
 corpora per ætatem augentur: istiusmodi differentias oriri asseuerat.  
 Neq; nos discrimina in animantibus per ætates uariari atq; inesse ne  
 gamus: sed ea uia qua isti uolunt euenire nequaq; fateri licet. Verum  
 uti nos quatuor complexiones contrahimus: earum cuiuspiam demō  
 strationem quauis in ætate atq; actione facere necesse ē. Qua in resen  
 sibilem comparationē adducemus. Veluti quū currimus: quo in pri  
 cípio sanguinis ebullitionem & habemus & ostendimus, in medio au  
 tem furorem coleræ possidemus. Et quū decliare deinceps incipim?  
 laxitudinē cum tarditate flegmatis ostendimus. In fine demum me  
 lancholiæ rigorem atq; intemperiem quisq; in nobis depræhendere  
 potest. At q;uis sanguis omnib; in corporibus anteire assuecat: hoiem  
 in quo reliquas complexiones quantitate non superat: sanguineum  
 dici minime conuenit: quū is opus sibi cōueniens agere nequeat. Nā  
 quanq; omnes promptiores in principio q; in fine simus: nulla in par  
 teneq; tam breues: arguti atq; celeres melâcholici uti sanguinei sunt  
 Neq; in senectute sanguinei eandem duriciem atq; intemperiem cū  
 melancholicis tenent. Verum eniuero quanq; complexiones haud  
 imutentur: opera inter se differre & ætatis conformari conuenit.

Si prima nam q; hominum ætas sanguinea: ultima uero melâcho  
 lica recte dicitur: multum inter se paruuli a senibus in modo uiuen  
 di differrēt, cuius rei contrarium tum in omni uariatiōe tū in minia  
 cōstantia compertū est, a uigesimo quidem ad .xl. ætatis annum mor  
 tales quodā in culmie uitam degere uidetur: quū ad nullā fere partē  
 declinare ostendant. At dū ad .xy. ascēdimus annū: & quū a .ly. proni  
 descēdim?: pricipi rationē cōtinem?: breui nāq; momēto utraq; ha  
 rū in ætate crebras mutatiōes agere consuetum?. Celeres nāq; & icon  
 stātes amores tūc mortales maxime agitat, quib; leue odiū succedere  
 solet. Cito cōcupim?: citi? cōrēnim?: Statim & animi magnitudinē &  
 strēuitatē promittim?: sed nulla iēūte mora horrid? exurgit tior. Sæpe  
 appetit? accedit: disceditq;. Plura tētam?: paucis resistere( numidarū

incursantium more) quimus : quanuis alia ex parte magnum inter  
has artates discrimen experiatur. Alia quidem oblectamenta: ultima  
deniq; odium affert. Dum artus enim augmentur ii recentes: teneri: at  
q; nitentes sunt, quae res nos ad amorē alliciunt. At senum membra  
sicca: rugosa: putredine infecta: & semicorrupta atq; curua consistūt.  
Mollia simul ac sicca: quarum altera pars (duriciem dico) terrae: alte  
ra uero flegmati ascribenda est. Dimouendi quidem appetitus sangu  
ni tribui debent. Cum colera autem nullam similitudinem sortiunt,  
Ea namq; complexio constans: atq; modesta est: & fortitudinem con  
tinet: quāuis senes in silentio colericis quoquo modo similes reddan  
tur: melancholici enim rarissime reticent: quanq; magna ex parte cras  
se & cum rigore loquuntur.

Quae ministeria singulas complexiones adaugeant.

#### Caput. lyii.

q; Vae exercitia cuiquam complexioni magis conueniant dicem?:  
humores namq; per ipsa augere & præcipuā complexione m  
lædere & minori fauere possumus. Veluti si de studio lequamur qd  
sanguinem multiplicat: & tantam illius abundatiā affert: ut corpo  
ra celeriora ostendantur, quae tamen propterea sanitatem: hilaritatem  
sanguineorumue deniq; levitatē nequaq; habere dicimus. Istiusmodi  
namq; complexionis propria qualitas motum cum uarietate & rerum  
alternationem requirit: & quando homines quiete ac sine motu de  
gunt: infirmum atq; impatientem habitum adgenerat. At huius  
modi homies melācholicos esse plures referūt: a qua parte ipsi lōgissi  
me distant. Melancholicus quippe rigidus: fortis: rudis: tardus &  
fanus est. At qui per accidens habitum hunc uendicat: parum pati  
ens: promptus: acutus: debilis atq; infirmus est. Sanguineus  
quippe ut sibi debitam aptitudinem conseruet: res subtiles & paruæ  
firmitudinis contrectare debet. Artes illæ quae diuersa corporis  
exercitia & animi prouidentiam petunt coleram nimirum roborant.  
Ea etenim ut plura prouideat habilis est: quam ob rem huiuscmodi  
ministeria appetit: ueluti ea quae ab imperatoribus: rectoribus: præ  
positis: uilicisq; haberi solent. Vbi graua ac terrestria tractantur:  
melācholicam complexionem augent. Ea etenim sibi simillimas actio  
nes expostulat. Veluti fodere: subleuare pondera atq; onera gestare.  
At quieta & parui laboris & non multæ consideratiōis officia fle  
gmaticos iuuant: uti mensarios: trapezitas: sartores uel in similiū  
rerum apotecis suprastantes esse.

Cōplexiōes a cōformitate locoꝝ maxie iuuari:& ob quas eosꝝ diffe  
rētias a falia maximis discriminibꝝ prædita nascāt. Caput. lvi.

q. Vonā modo locoꝝ discriminā complexiōes p̄ similitudinē au  
geāt: uel e cōtra p̄ disparitatē debilitēt: deinceps dicendū erit.  
quā aliquā & enim rem diutius conseruare nūtumur: eādem simili sibi  
loco comittere debēus: calidæ scilicet in calidis: frigidæ in frigidis: du  
rae deniqꝫ in densis imponēdæ sunt, & sic de singulis: nā naturalia in  
naturalibus: & ea quæ ab arte suo modo prodeut: cū aliquibus accidē  
talibus rebus consistere debēt. Nā quū aliquid lignū scindimus: id hu  
morem expellere atqꝫ siccari incipit, quod tam ē si sub diuo dimitim?  
ubi & pluviæ & uenti ipsum offendere possint: facile destruetur. E cō  
tra autem si in siccō atqꝫ contexto loco illud collocamus per plures  
ānos pdurat, nix quoqꝫ quū super paleas descēdit: diut? q̄ sup aquā  
conseruatur: uerū id nō extra cōgelationē illā accidentalem fieri exi  
stimes. Ea etenim: natural liquor est: quā ob rem postqꝫ dissolutus est:  
& suā pristinā (aquā uidelicet) repetit matrem: illic longissime durat.  
Quāvis nōnullis morbos per eosꝝ contraria medicari uideat: quid  
hac in re uerum sit paucis absoluemus. Illud autē manifestū est: tum  
ob tempore mutationes tū ob alias rerū uel excessum uel inopiā mor  
tales infirmari solere, at medicinæ pugnam cum infirmitatibus con  
serere & confusione quadā secū certare uidetur: quo fit: ut eæ ambæ  
partes extra (quanqꝫ non sine magnis corporis labore ac sensitioꝝ) de  
pellātur. Vnde manifestum appetet: huiuscmodi medicinas minime  
corpus curare uel illi fauere: sed euacuare assuescere. Si corpus quidē  
quodpiā continue purgaremus: id magis laederetur: q̄ si naturæ bene  
ficio desertū esset. Quā equidē ob caufam quū personā in sanitate su  
stinere: uel postqꝫ curata est: reficere uolumus: illi cibos uel uictū ali  
quem suæ naturæ cognatū merito applicamus. At quanqꝫ aliquando  
uel natuitate uel consuetudine habitū nostræ ueræ qualitati impro  
priū efficim? nunqꝫ eundē tam familiarē uel domesticū nobis facim?  
ut is uel satis utilis uel san? dominis reddi queat. Veluti quū ægris  
suadetur: suam patriam (si absunt) repetere: illic enim eos & propter  
ortum & educationem in sanitatem restituī debere: affirmatur, quæ  
coleræ fautrix: & infirma flegmaticis simul esse potest. At nos locum  
nostræ complexioni similem querere debemus. Sanguineis itaqꝫ  
sicca & calida patria utilis est, quæ tamē neqꝫ subtilis neqꝫ crassa sit:  
& in infero quoquo modo potius q̄ in medio situ consistat. Sanguineos  
uero flegmaticos calida humida atqꝫ demissa terra iuuat.

Colericis sublimia & ab aere subtili perlustrata loca iuvant. Cole  
ricis uero melacholicis montium radices & crassiusculus aer prosumt.  
Quib? quidem in locis (si illuc herbarum copia uiget) homines magni ro  
boris nascuntur. Melancholici loca crassa & media altitudine p  
rædita inhabitent, quæ etiam ad siccitatē potius q ad hūorem declinent.  
Melancholici sanguineis calidiores: inferiores: leuioresq; paululū  
inhabitatioēs conueniunt. Flegmaticis deterrima & paludosaloca  
conuenire experiuntur. Sed flegmatici melacholici humidū & magis  
crassum & non tam inferum locū appetūt. In locis hūidis: crassis  
frigidisq; homines magnitudine p ræstare assuecant. In siccis uero  
atq; calidis: graciles & mediocres nascimur. At ubi terra sterilis ē: &  
nimū erigitur: mortales & siccī & parui sunt. Neq; aliter i locis saxo  
sis experimur (quæ attamē saxa latinis ignota nomine dixim?: q uis  
& topho similia sint: & ab hispanis pizarra appellari docuimus) At i  
singulis istorum locorum differētis aer cuiuspiam terræ discriminī  
dum p eam trāsit: cōformatur. Prouinciae subtiles demū salubiores  
q crassæ uniuersim experiuntur: q uis min? feraces sint. Sed fruct? il  
li quos edunt: & saniores & longe maioris substatiæ sunt. in altis quo  
q; atq; infimis locis quicquid summites procreant: siue animal siue  
planta id sit pfectius nasci solitum est.

Quā ob causam uti & calor & humor rerū multitudinē pariant: &  
frigus & siccitas cōseruandi priuilegiū obtineat: & quomodo nul  
la istarū rerū uel copia uel iopia morte uitare possit.

#### Caput.lix.

p Ropter frig? & æstū tum tépori tū regionū apertā circa rerū  
ortū & uitā differētiā appræhēdim?. Nam uti calor & hūor  
citatē generat: & celerē auctionē aīalib? dant. Frigidū & siccū & diuti?  
& in maiori sanitati corpora sustinēt. At q uis res illuc numerosiores  
sint: ubi citius adolescant: ubi non tanto nutrimento luxuriant: diu  
turniores experiuntur. Cum calore & enim & humore aliqd corpus  
multum sustentari non posse: sufficiētibus de causis fit. Quarum pri  
ma hæc est. In huiuscemodi quidem locis elementa cōclusa: deturba  
ta atq; oppressa stant. Quā ob rem in eisdem sanguinea flegmatica  
uel flegmatica melacholica animalia orni assuecant. Vitæ tamen lō  
gitudo temperatum medium quoddam & harum extremitatū quas  
superius assignauimus: nullam appetit, quanq; ad animantium ge  
nerationem corruptionemq; omnes concurrant cursus. Animalium  
equidem singula ex singulis elemētis portionē continent. Quam cb re

ea oia nostræ nativitatæ fauoré ipédere cōueit. Neq; aliter qtoq; quū  
 nos debilitare: inclinare & dissoluere demū contendunt: conuentre so-  
 lent. Quum facultas nāq; ad ulterius progrediendū animalib? deest:  
 ea ad cementū reduci cogūtur: ueluti iaculatus sursum lapis qui do-  
 nec uiribus comitatur ascendit: desertus uero ad suam propriam sta-  
 tionem unde digressus est: descēdit. Quo quippe modo de corporib?  
 dicimus, quæ ad medium sui usq; æratem scandunt: indeq; min? fau-  
 trix nutrientiū (uel vegetationem si dicere malueris) sentiunt: & ad  
 originem regredi incipiunt: neq; id uel elemētō solo robore: uel ui-  
 siderū fieri appetet: sed creatoris oīum uoluntate & sanctione. Nam  
 si nostra conseruatio ab hūoris calorisq; copia & frigoris & siccitatis  
 fuga penderet: tantā idustriā facile attigeremus: ut hūana uita mul-  
 tum protraheretur: nam quis opera tantæ durationis (uti naturalia  
 sunt) agere nequeam?: eam plurib? in partibus imitari possum?: quā  
 ob rem si calidum & humidum longitudinem uitæ dare possent: illā  
 breui labore comparare potuissimus: quis & frigidum & siccū uitari  
 oportuisset, quæ res tantopere fieri quisset: ut multi ex iis præseruit  
 qui diuinitus abundant: omnem sibi decentem partem (quū uellent)  
 caperent: neq; locū ullum contrarietati permitteret. Neq; qđ dicimus  
 ab experientia distat. Nam quum æstatis tempore calorem arcere cupi-  
 mus: si sup̄ montes in bonis domib? habitare cōscēdim?: nullo pror-  
 sus calore afficimur. Neq; a frigore etiā infestamur si hyemis tempo-  
 re aprica: infima: maritima & quæ ad meridiē pertineant loca petim?:  
 in quibus neq; domicilia neq; ignis uel uestiu copia nobis desit. Ve-  
 rum quum ex nulla istarum rerum inopia animatiū uera separatio  
 dissolutione fiat: eam prohibere neq; scimus neq; possumus. Nā uti  
 haec quatuor elementa materiem omnē generatiōi & corruptiōi sub-  
 ditā donāt: & ex æquo modo adiuicē iuuātur: lēdūturq;. Neq; id ob  
 inimiciā quā cōtra aialia habeat: faciunt: uerū quia elemēta ipsa na-  
 tura diuersa sunt: paria & ad resistendum & ad iuuādū esse debere cō-  
 uenit. Quā ob rem illis omnib? istiusmodi corporum cōstitutio atq;  
 dissolutione tribuenda est.

Quā grauiter aberrēt qui uel industria uel opib? ineptos homines  
 præstantes reddere contendunt. Caput.lx.

Vum nonnullo sensum (ne sentētiā dixerit) a iaduertim?: q  
 ob diuturnū studiū docti appellātur: & magnas demū absq;  
 opportuno fundamēto turres insurgere atq; facere posse existimant:  
 nihil ab ignoratiā quæ cōmuni plebē alligat: admiradū esse remur.

Neq; hoc ob unicam sed per plures res profecto dicimus: ueluti quū hi qui ineptos filios habent: quos & magnos & sapientes ob litterarū ingentē eruditionem agere præsumunt. Ast alii qui uxorem ducere: uel mulieres (si quae) uiros capere statuunt: dūmodo ii qui ducuntur ætate teneri sint: altera partem alterā & ad suam uoluntatem & simi lititudinē conducere nihil dubitat, cui huiusmodi error occultari poterit: si is in ipsa re cum ratione considerare uellet. Neq; i hac parte de tinebimur: quū primā materiem atq; cōplexionem mortalib? a natura tributā imutari nō posse: alias probauerim?: quis ea aliqua in parte uel tēperare uel dissimilē quoquo modo reddere possimus. Verū neq; cibī neq; opes neq; litteræ uel ullū aliud artificiū sufficientiam possident, qua qđpiam animal a natura abdicatū ad magnū culmen per uenire ibiq; sistere possit. Neq; ipsamet materies postq; prima forma constituta est: nos multū in habilitatē augere potest: sicuti nos a senectute ad iuuentutē reducere nequit. & quum graues atq; debiles nascimur: nullo cū téporis lapsu uel magnas uires uel leuitatē nobis dare potest. Quā quidē ob rem nos cū illa priori naturæ habilitate cōporta si debere clare colligitur. Quis tunc ergo illos errare non dicet: qui ea parte ignota: illá per artem dimouere uolunt. Nam quum nostra agilitas bona est, singula nobis tépora ad magnā quāuis doctrinā ad ipsiā scandā satis sufficit. Verū enī uero quanq; homo plures litteras recēsere nouerit: si is ineptus est: illas nimiū cōseruare nō potest. Neq; ab ipsis dū possidet: uti oporteret: iuuatur. Nam quū uel uestes uel delicasios liquores i forma carētib? & sordidis uasis pōere uolum?: substantia tempus & labor perditū eunt: et quū inarenoso lapide preciosissimū simulachrū effingere nitimur: ingeniuū atq; corp? defatigare possimus: sed nostrā fictionē designationē lapis ille falsam reddet. Quā ob causam qui comitē aliquē capere uelit: illius naturā cognoscere niū conuenit: quā neq; tempore neq; uerbis immutare potest: quā uis leuem aliquam accidentalem consuetudinem aliqua ex parte immitare assuecimur.

Petri montis philosophi de equorum natura & cognitione parti culaa. G. Ayora cordubensi in latinum uersa.

Vm quia parum scribere in animo duximus habemusq; tum quia reliquum non multum necessarium apparuit: in principaliori prioriq; prologo: hominum tantum naturam cognitionemq; tractare polliciti sumus: qua quidem in parte si bene studuerim?: cæterorum animalium noticiam facile adipiscemur.

uerū quū mortalibus omnibꝫ facultas illa nō facile detur:qua quisq;  
uel rerū uel artū nouitates ex se assequi possit: quanq; ea paruæ sunt.  
De animalibꝫ ratione carentibus aliquid differere mens est. De illis  
attamen solum dicemus: quæ apud nos præstantiora merito existimā-  
tur. At ipsa & mēbris & actionibꝫ eandē excellētiam ostendunt: quæ  
etiam a nobis succicte tangentur: neq; diffuse profecto explicabūtur.  
Quatuor equidē distinctas cōplexiones tantum ptangemꝫ, quarum  
præcipuam cognitionē non amplius dicā: id q; q̄cītissime potero ab  
soluā. At si quispiā complexiones ipsas permiscere animaliūq; diuer-  
sitas cognoscere uelit: id facile assequetur: si is ad homines recursū  
fecerit. At in hac particula de eqs tātū dicēdū ē. Qui quū sanguī-  
nea cōplexione proportionātūr: citi quoq; in curriculo sunt: præser-  
tim si id parūper accliuum est. Ceteris delicatores sunt: & frēi obe-  
dientiā supra cūctos possident. Breuem anhelitū habent: quā ob ré  
in longo cursu præstare non queunt: in breui tamen cito eunt: & cū  
pulchritudine transeunt: tum quia minutum & iūctum currunt. Ex iis  
fere nullus alta uel longa uestigia facit: sed omnes pene crura anterio-  
ra in cursu implicant. Ad iaculandū ex eis nimū præstant: & in giris  
huc atq; illuc peragendis mirū in modū excellunt. Has habitudi-  
nes tenent. pedes paruos & non crebro multa duricie præditos possi-  
dent. Breues iuncturas articulosue (si dicere cupis) gracilia crura &  
media longitudine sita tenēt. Fœmora habēt crassa: quæ crura breuo-  
ra uideri q; sunt: faciūt: multam & enim carnis copiam in natibus ha-  
bent: & ea nimium deorsum descendit: neq; aliter ea quæ a scapulis  
pendet: toros anteriorum crurum induit. Carne & super clunes &  
circum ilia abundant. crassi in posteriori parte sunt: in anteriori uero  
subtilitate hilarantur. Tergum & eius partem aduersam recte con-  
ditam habent. Clunes atq; nates recte conditæ & optimè distributæ  
sunt: quibus cruces apta æquitate respondent. Collum breue crassū  
q; terent. Quæ res simul cum copiosa cōditione posteriori ipsos fre-  
no parere efficiunt. Eorum capita parua atq; brevia sunt: quæ inter  
corpulentiam & maciem medium sortiūt. Minores huiuscemodi  
complexionis equi q; ex cæteris sunt.

De equis colericis.

### Caput.lxi.

Olerici neq; celeritatem neq; tarditatem habent: quāuis eo  
rum plurimi tāta in exitu supbiā teneāt: ut sinistrū iter pſae  
pe capiat: neq; id tamē in alterum magis q; in alterum latus

fieri dicim? nimiū currunt: præsertim in longo cursu: an helitus qdē patientiores cæteris sunt, quū currunt plurimū se se attollunt. Lōgis quoq; passib? & nimiū apertis incedunt, eorū plurimi infreni sūt. Equi nimiū ueloces istius cōplexiois a sanguie subsecuti nascunt?, qui eos celeriores: freno obedientiores: pulchriores & preciosiores reddit. In istis nāq; duabus cōplexionib? huiusmodi animātes nimiam ostentationem aptitudinēq; cum uigore possident. Quocunq; in terræ situ currunt: maxime ubi uiribus opus sit. At si flegma pro sanguine se quitur: animalia tardiora & anhelitus patientiora & infreniora fieri solent, quæ melancholiæ aduentu semper durescunt.

Has aut similis habitudines possident. Mediocres pedes & satis ab ungula uegetos habent, quæ inter duriciē & tēperiem mediū possidere experit, uicturæ curtæ atq; fortes subsistunt. Eorū crura tā anteriora qdē posteriora mediocrē tum longitudinē tum grossedinem habent: ea tamen nimio osse exuperant, quod undiq; maximum esse omnia membra demonstrant. Fœmora tātū seorsum eriguntur: ut reliqua longitudine excedere uideantur. Nates cū clunib? eorū strictæ & siccæ potius qdē uel latæ uel carne uberes dicendæ sunt: præsertim in summitate: illic & enim in pectoris uoluchrum modū reducuntur colligunturq;. At ossa cluniū nimio interuallo distant, groppā longā habet: quæ i parte posteriori contrahitur, quæ res eorum tergum breuem efficit. Illa adeo sursum eriguntur: ut pars illa in qua clues nates qdē cōsistere ostēdimus: altiore uideri (qdē sit) faciat, at crucis inferiores habent. Supina pars prælonga est: quanq; magna ex parte & si longum pect? breuisimū uentre teneant (quem hispani hamelgū dicunt) pectora lata atq; aperta possident: quis ob acuitatē quā in fronte tenent: accipitres imitantur: & minorē latitudinem habere uideat, quæ equidem res animaliū uelocitatem præ cæteris indicat. Neq; ullū adhuc perniciitate præstare ni id aperte decurrat compertum habem?. Nō sunt graves sed in anteriori parte nimium ossis nervorūq; & possident & ostēdunt. Cruriū altitudine & corporis breuitate præstant: quod quidē signū singula animalia ut pernicitate excellat: habere debet: quis minus (ob id) ponderis tolleret. Cursus & enim cruniū expeditionē appetit. Huiuscemodi equi quos colericos dicimus: colla satis longa atq; gracilia sortiuntur. Quapropter & ob posteriorem leuitatem & currendi impetum freno inobedientes sunt. Capita mediocria siccāq; tenent, quæ inter longitudinē & mediū constituuntur: maiuscula et colericis qdē sanguineis insunt, qdē in hominib? ob capillaturā nequa

## TERTIVS

qui ostenditur: capillis tamen subcisis non minus in nobis quam in equis uti est: ostendi solet. Istiusmodi demum equi multum sentiunt atque elaborant: sed superbissimi sunt.

### Demelancholicis equis.

### Caput.lxii.

m Elancholici citi uti colericis sunt: qui & duri & intemperati consistat: & multum celeritatis illis ut colericos æquiperent: deest. Eos etenim nullus cum sufficientia currere experitur: immo & tam rotunde atque implicite in cursum eunt: ut iter eos currerent atque rotunda modum nullum fere discrimen (quam non cadat) iudicetur. Magis saltando quam in cursu ualent, quia quidem affectionem uniuersim a melancholicis animalibus obseruant uidentur. os durum possident: multum tam in longum fugere nequaquam solent si eos frena cohercent: curribus quippe uti non magnopere cupiunt, ingentes labores perferunt: in usque tolerandas præstant: præsertim quem sarcinas deportare expedit. Omnes denique qui pedes atque crura arcuata fortuntur: & intemperati & paucissimi laboris sunt: debiles quoque pro sui corporis magnitudine experientur: uerum quia melacholici sunt: fortes esse ostendunt & magnos isti ubi tagunt: dare uidentur. Pedum cornua bene condita atque fortia quam non te pata fortiantur. Crura crassa curua atque brevia possident. Coxæ atque clues rotundæ sunt, tergus media longitudine coextendit: quod saepe curuus est (quem quidem defectum pandum hispani uocant) quam quidem ob rem & quia libenter stant: ad rotationes super ipsos peragendas optimi sunt. Pectus latum: aptum & tabulatum (ob similem adequationem dictum) tenet. collum curtum crassumque illis tributum est, cui diuersum caput minime sed simillimum annectitur, quod magno osse constare usque quaquam conspicitur, in iusta pugna ualent. At quium colera huic complexioni anterius natura uult: longe præstant. Canes quoque huiuscmodi complexio nis fortes sunt: & tenacissime mordent, qui polices magnos atque adūcos in suffraginibus magna ex parte habent (quaoibrem pesugnados ipsos hispani appellant) Similiter etiam esse confuerunt, quae res & in equis & in canibus dignoscendis commune indicium est.

### De flegmaticis equis.

### Caput.lxiii.

f Legmatici lenti in principio sunt: neque ulla tamen in totum cursus parte laxitudinem deserunt: quamquam & in medio & in fine minorem lentorem retineant: præsertim si currerent spaciū acclivium est: & nimium dilatatur: & aliorum complexionum defctionem existimes. Neque eos ob id unquam leues esse sed uno fere modo in longum pergere dicimus: quia rem uero qui iunctum atque celeriter uim immitiunt: agere non possunt.

Parū saliunt: & spaciose uoluuntur. Nō cito a cursu consistunt: quis & molli ore sint: & multū fugere nequaq; assuecat. Labor patientiores experit q̄ uideri consueuerūt. Ex istis uel cū melancholico humore cō mixto multi resides eunt. Verū quū melancholia praeedit: flegmaq; subsequitur iter pertinacius refutare: & ulterius nolle progredi pugnant. Hoc pedes magnitudine sparguntur, quoq; cornua mollia sunt, articuli immo artus longi: crura uero atq; fœmora lōga existūt. At sua fœmina (iteriores coxarū partes intelligas) nimiū carnosa & quoquo modo summissa iacent. Tergū atq; ilia longa porrigitur, ueter prop̄s uel atq; long' est. Pectora curta nō lata sed nimia carne inducta possident. Colla crassa longa q; existūt: & plurima induunt carne. Quibus capita conformitate proculdubio correspōdent.

Equorū ambigua signa.

Latius in istis equorū complexionibus scribi poterat: debueratq; plura etenim alia tum publica tū quoquo modo tecta sortiuntur, uerū quū hæc uniuersalia cognoscantur: caetera quæ restat facile comprehendendi poterūt. Magnitudinis atq; colorū discrimina pro aliquali cognitionis parte: nō autem pro uniuersa infallibilium norma inferuntur. Singulæ quippe istiusmodi differentiae in quauis complexione & locū iueniūt & inesse experiunt. Sanguinei minores cæteris sunt q; uel albū uel castæū colorē (ob fructū similitudinē a nobis dictū) sortiri assuecūt. Colerici inter mediā & procerā magnitudinē consistunt, at colorē ex circulis ex cinereo atq; albo cum medio utriusq; coloris pmixtis cōfectū habere solēt (qui color rutio ob rotag; discretiō ab hispanis dicitur) quis ex equis istis non pauci castanei sint: nomēā defup expositū. Melacholici mediocres & nigri sunt. Flegmatici magni: albia atq; castanei esse assueuerunt. At in singulis prouinciis equorū complexiones illis quæ hominibus insunt: conformari sunt solitæ: tunc præsertim quū nō delecti uel externi emissari equas comprimerēt: sed quū tumultuatim ac permixtum ex iis uti ex hominibus generatio fieret: id (quod rettulimus) longe certius obseruaretur.

Quonam pacto conditoris dei uoluntate non autē uel caloris uel humoris excessu species inter se differant.

Caput. lxiiii.

m Axima inter species différētia dissimilitudoq; posita est: neq; id ab exuperanti calore: frigore: siccitate uel humore prouenit. Singula & enī ab elementis constituta corpora: huiuscemodi qualita-

tum omniū portionē habent. At q̄uis humana q̄ equina species calidior esset: ita in equis ipsis quemadmodum inter nos: & sanguine & flegmate proportionata corpora experiuntur. Verū homo sanguineū ueloxq;: nō uti flegmaticus grauiſq; caballus currere poterit. Ceruus præterea minorem certe q̄ ursus humorem continet: & illi uitæ longitudine præstat. At capras ursis etiam sicciores esse quisquis intuetur quæ celerius tamen senescere solent. Quæ res non a complexione proueniunt, maior equidem uelocitas in siccitate atq; calore q̄ in frigiditate & humore manifeste consistit. Patet itaq; nunq̄ per complexionem iter uel ueram cognitionē uel diffinitionē quæ cuiusq; animali in propria qualitate conueniat a nobis haberi posse. Si uni nāq; speciei omnes prærogatiwas assignaremus: haud téuis sequeretur error: eas equidem diuidi conuenit: ueluti in animalib;: intellectū homini: cursum ceruo:tauro aut elephantī uim ascribere. In plantis uero fortitudinē taxo:pino uel palmæ pulchritudinē assignare: in metallorū autem genere duricies uel adamati uel ferro: sed auro preciositas cōcedenda est, inter aues demū aquilæ temperamēti: struci aut griffo magnitudinis laudes attribuere decet. Quæ equidem partes atq; aliae istis cognatae quæ iuxta speciei differētiam singulis conueniant, non autē quia uel colericī uel melancholici aut quia humidiores sicciores ue alii aliis sint.

Quæ differentia inter mares & foeminas p naturā sit: particula a Petro monte philosopho disserta. G. Ayora cordubensi interprete.

c Ommunis omniū uel eoz saltem qui nimia earū familiaritate utuntur: sententia est, mulieres uarias ac mutabiles esse, quæ res quū nobis quoquo modo discutienda declarādaq; sit: id nō immērito demonstrare statuim?, quod magna ex parte cūctis animantibus pro sui cuiusplam sexus discriminē natura sancta est: at quū aliis in partibus discriminatas corporum aptitudines explicuerimus: in hoc primo capite tantum nonnulla cognomenta declarare nitemur, quibus persæpe usi sumus: dum corporū agilitatem ostenderemus: quanuis ea aliis quamplurimis non ignota esse credamus. Politos eos natura edidisse non immento diximus: quos & italo & hispano sermone tum ob artū gracilitatē ac delicatum & rigoris expertem consistēdi modum gentiles appellant. Pulchra illa corpora nominamus quæ & carne & proceritate & facie magnitudine abundare uisuntur, quæ in hominibus colorem interiuē sanguineūq; constitutū cōtinēt

& quieta esse assuescunt. At eorum membra mollia ac longa neque omnia no laxa tamen: neque ad agendum expedita soluta esse debet. At quis auctor in istis formoso nomine utatur: hispanorum potius quam romano rum more. Nos ut neque latias aures nec auctoris mentem offenderemus: rem potius quam uerba exposuimus. Solutus expeditusque est, qui agilitate ac facilis motu quodam nunc huc nunc illuc & accedit & (uti opus est) reflectitur. Dissolutum uero animal nominamus, quod artus confusa & absque moderaminis modo agitat: cōmouetque: & eius membra laxitudine oppressa neque eundi neque redeundi fine sine longa temporis mora ac loci ampla magnitudine consequi queunt. Et si reliqua crebro nominata sint: apta longe propinquius dicere ac praeferre solemus, quae medium tum longitudine tum grossitudine fortiuntur: & neruorum & ossium magnitudine praestant: & carnibus pene ubique vacant: praesertim in facie. At singuli in his artus pro se expediti optimi meque diuisi consistunt: quanquam ad unicum finem concordes & tendant & tendere iudicentur, quos denique (ob maiorem sui perfectionem) absoluatos quoadque dicere poterimus. Inter sanguineos de us quos politos appellauimus: uberior copia est: quamvis id ipsum in iuuentute intelligi liceat: nam quam ad uigesimali quintu[m] suae etatis annu[m] accedit: & pinguiscere & pulchritudinem amittere assuescunt. Ex flegmaticis aut non pauci pulchri prodeunt: sanguine tamquam comite: & ut hac in parte rectius praestent: coloram tertiam sedem occupare necesse est. Tunc enim gracilitatem cum aptitudine una atque pulchritudinem nullo cum furore ostendunt. I quoque ab insidius alieni & sunt & uidentur. At colera apta efficit animalia, quae accidente sanguine & perniciosa & uisui hilariora redduntur. Sanguis uero a colera subservit perpolitos maxime constituit (quos hispani galae restis nominant) nam inter politos gentilesque atque aptos medio quodam gaudere uisuntur: quamvis eandem uitam agilitatem atque anhelitus patientiam nequaquam possideant: ueluti si ab ipsa colera ducerentur: neque adeo isti ut illi perdure queant: minorque magnitudinem modestiamque sanguinei ostendunt. Pulchrum denique uniuersim accipimus quocunque in corpore uisui placi: de reliquis uero corporibus quae non nimia excellentia fortuitur: iam opportunis in locis (uti opus exegit) metatione fecimus. Per comunes omnibus partes iam satis discursum a nobis esse arbitramur: nunc autem ad principium redeundum est: ut finis propositum sequatur, in quo tum uirorum tum mulierum differentias proficiunturque sexus discrimine explicare statuimus. Per singulas fere spe-

cies fœminæ q̄ mares uberioris sanguinis copia abundat: quam ob re  
 promptiores maxima ex parte sunt: tum etiam id ipsum potius ostendat:  
 quia uirili grauitate minime confectæ sunt. In seipſis & enim  
 molliciem leuitatemq; & ostendunt & possident: neq; leuitatem hanc  
 pro perniciatis dote intelligas: uerum pro illa dedecorosa & quietis  
 & firmitudinis & temperati modi in consistendo carentia. Neq; illud  
 negligas: & eae & qui parum intelligunt: aliqua substantiosa uerba  
 tunc proferre solere: quū super rem nō longo consultatā illis lēqui cō  
 tingit. Mares uero maiorem tū magnitudinē tum quietem possidet:  
 maiora quoq; ossa ac neruorū firmitudinē sortiunt, quorum artus  
 & aptiores & forma distinctiores cōsistere solent. neq; uolucres ab hoc  
 discriminē expertes esse natura uoluit: quāuis earum membra conte  
 sta sint: pennarū namq; nitore mares præfecit: & fœminæ ad unicam  
 simplicem ac parū discretā formam tēdere uisuntur: præsertim postq  
 coire ac cōcipere illis accidit. Quo quidem fit: ut earū māmæ & ueter  
 magnitudine augeantur: unde nō tenuis deformatas prodire assuefecit.  
 At mulieres quas diximus partes uestibus tegunt: easq; tantū demō  
 strant: quæ in omni ætate ac tempore maiori splendore micant: man?  
 scilicet ac facies eae sunt, quæ quidem mēbra q̄uis coeudi appetitus  
 depositus sit: mulieres hominibus pulchriores reddere solent, in mu  
 liebri namq; potius q̄ in uirili sexu tū iuuētutis tū uiuacitatis multū  
 maius appetit. Mulieres siquidem & teneræ sunt: & barba carent: &  
 pilis ac setis non parum ubiq; uacant: minoribus quoq; natu q̄simil  
 limæ in uoce: & uerborū prolatione: tum in corporis robore ac motib?  
 existunt, quæ quidem partes haud paruo illis fauore sūt. Omnib? nā  
 q̄ res nuper productæ placere assuefcunt: & quāuis mulieres ætate de  
 clinent: iuuētutis similitudinē non tenuem retinet. At nō parū aber  
 rant: qui dicunt: ueluti manibus & dulces & delicatas fœminas place  
 re: dispari argumento mulieres affici, quas robustos & grossedine exu  
 perates homines adamare testantur: hac siquidem in parte & mares &  
tenere decreuerit: nostra manus supra suum humerū ponī & ab illius facie ea conditione capere debet: ut uel disrumpatur uel uertatur ī ter gum. At si sacalignam nobis posuerit: illico pro uiribus erigi & eūdē in rectū subleuare oportet: ut illius uis uel penitus tollatur uel nimia ex parte saltem extenuetur, sed quando anguigerā nobis posuerit: su/ pra absolutum latus incedendū est: & ipsum ad eandē partē conduce re: in qua contra clunileuiū inclinatione protegimur: nonnūq̄ etiam inundationibus quæ rotationū modum aliqua ex parte habent: iuuamur. At quum nostrum latus ab hoste tenetur: ut libertatem sal tem recuperemus: manū nostram quæ superius est: tollere debemus: & reliquā brachiū nostrum sub illius ala mittendum est: indeq; cluni leuium ponendū est: quo fiet, ut is & cadendi periculū subeat: & pro/ pe sui brachii corruptionē accedat. Verum quū nos inferiorē partem occupamus: iunctim incedere procurandū est: & alterum cū rotatione subleuare: quis securius & minus laboriosum sit ad præsidia potius q̄ ad expugnationes intendere. In istius demum apprehensionis ini/ tio tantū qui inferius est: aduersariū rotare & propriū caput continere debet: ut tergum capere possit. Sed q̄ hostis tergū occupant: bra chia ad anteriorem partem transmitti nequaq̄ debent: sed manus in suis lateribus habendae sunt: indeq; ad quam partē ipse uerti intende rit: uigilanter prospicere contra quā illico armari debemus. Et si eadē aduersitate laboramus: ut suas manus anterius habere possimus ni/ tendum est: ut is nobis proximus fiat: quo facto inclinari & oneratio nem (astutiā a nobis superius expositā) agere uelle demonstrandū ē: quam tamē in crudelē quā delumbatā ab hispanis appellari dictū ē: repētino atq; ipetuoso motu pmutare debem⁹: hostis quoq; ad ante riorem partem deducend⁹ ē: indeq; in sacalignā per pedē illū qui nos insequebatur celerrime conuertendū est. At si nos hinc a solo suble uat: altero pede nostro alterum ipsius crus per exteriorem partem col ligare peropportunū erit: ut quū nos ad terram reducere cū ruina ue lit: non nisi pedibus cadam⁹, uel ille saltem qui liber manserit: terram repetat.

q Vum homines qui dextero latere sinistro præstantius utunt̄ (uti omnes fere mortales agere solent) si p aliquot dies exer centur: & rotationes & deuiationes longe melius supra sinistram q̄ su pra dexteram manū peragūt. At sinidextri (ne ambidextros dicam) quibus altera manus æque in usu hac dextra est: e contra p consue tudinē illam uertendis ī aliud latus agūt: sed in sacaligna oppositū

aperte experitur: ob maiorem ad contrahendum ipsius prosperitatis uim: neq; hoc tamen a natura sed per habitū fieri sensu patet. Si minimos natu namq; suo arbitrio uti parentes derelinquerent: quo brachio maior mortalium numeris ueteretur: ignotum est: neq; minorē sinistri dextris uim in suo latere pro sui corporis discrimine possidere experiuntur. Omnis præterea industria postquā excogitata immo cōsulta est: mature exequi debet: neq; illi celeritas: uis: atq; animi strenuitas denegandæ sunt. At tunc harum partium nihil si fieri possit: in nobis reseruare debemus: uerum omnia in discrimine mitterenda sunt: non minus equidem si fortunæ uices secluduntur: ad nouum præsidium si eo tunc aduersamur: restamus: q̄ fortis ad expugnationem ingressi sumus, qua quidem met conditione in nostra defensio ne sine differentia uti debemus. Nam quanuis caput nostrum iam terram contigere uideatur: nunquā propterea corpus remittendum est: uerum hostem subtus reuertere semper inniti debemus: ut si fortuna nobis quandoq; aduersetur: ruina utriq; saltē ascribatur: immo & inde saepè qui animi magnitudine præstant: non semel incolument remanent, qđ demum iter in omnibus actionibus obseruandū est. Nunquā & enim uel inclinari uel remitti ulla ex parte debemus: donec ad statutum deueniamus finem uel eundem saltē non nostra culpa omississe iudicemur.

a Liqua deinde præsidia adducemus, quibus & contra personarum magnitudinem industriae: locorum complexionumq; uarietates protegi possumus: leges quoq; nonnullas quae in ipsa palaestra obseruandæ sunt: adiciemus.

Quum iis itaq; qui robore præstant hominibus solutis uestibus caligis uidelicet toracibusq; luctari utile est: omnis & enim persona solutor eo modo redditur: ut si trahitur hostium impetum uel uitare uel effugere rectius possit: neq; quispiam nos sine ingenti difficultate cum hac conditione capere ualet. Sed cum illis qui imbecillitate laborant: & arte atq; industria præstant: oppositum capeſcere oportet: quicquid namq; apprehendimus: id firmum est: & quando huiusmodi aduersarii nos fugiunt: ifsequendi donec uel ad parietē uel extreūmū circuli perueniant: sunt, quo in loco secum q̄ stricte coniungendum est. Tunc quippe quanuis armēt (qđ rarissime agere queat)

hunc nos tantum adducere ualent: ut manus uel quodvis aliud mem-  
brum nostrum in ipsa pariete situm præsidium inuenire uetetur: ne  
quod nos multo piculo subici sinit.

Sed si nos ad idem periculi gêus conducere molitur: super aliud  
lat' uel deambulare uel diffugere debemus: & quod aduersari hanc par-  
te petierit: tu illâ obserua: & manus & caput illius pectori obice: & tem-  
pore quo is suas uires supra nos imponit inuadend' est. Alteru quidé  
duorum extremonrum cum fortioribus capescendum est: uel omnia ut  
eos supereremus fortunam tentantes experiri: uel illud opperire tem-  
pus, in quo is dum nos inseguitur in insidias cadat: quae res omni in  
loco ubi deteriorem partem habere per rationem iudicamur: obser-  
uanda est. Cum proceribus coniungendum & a cinctura capiendu  
est. Eorum quippe & brachia & crura longitudine præstant: quo fit:  
ut quod separatum incedunt: & armare & appræhendere suo modo pos-  
sint: cum minimis uero remote quantum fieri posset luctandum est:  
ipsi & enim inde neque appræhendere neque pedibus offendere ualent,  
qui si coniungi pugnant: corpus nostrum deuiadum & suum aliqua  
cum industria ad solum contrahendum est. Magnitudine & grossidi-  
ne exuperantes homines nudi commodius luctari assuescunt. graci-  
lia siquidem corpora manibus cingunt, quod econtra fieri omnino ne-  
quit: sed quum uestibus tegimur & ab eis capi & contrahi possumus.  
Nunq cum fortioribus parumque in hac re instructis in solo molli lu-  
ctandum est. Illic enim & pedes ultra modum defiguntur: & is qui  
in terra manet: quum armatur labi solet. At grauis hostis in huiusc  
modi locis adeo plantari uidet: ut nunq inde sine magno labore uel-  
li posse iudicetur, quae res ignaris quibus virium copia tributa est:  
maxime fauet: & illis qui industria atque arte uictoriā potius quam robo/  
requærunt: quoniam aduersa est. Nā si qui uim atque ingēium possi-  
dant: illic ubi fortuna minus regnare possit: martem committere de-  
bent: uel in solo scilicet coctis lapidibus contesto: uel si minus in ter-  
ra dura ut hostem in summitate inueniamus: & pedes nostri quod ar-  
mauerimus magnā firmitudinē inueniāt, in istis siquidē atque huiuscēodi  
locis citē atque sine impedimento igit̄ē poterit: sed in molli loco neque fugere  
neque nos protegere neque cum industria offendere quimus, quā quippe  
ob rem ad rudem modū deueniēdum est. In uero uel irrigato loco lu-  
ctari periculōsum est: tunc præsertim quum marmoreis solidisue la-  
pidibus solū tegitur. Ibi & enim pedes maxime offendēris facile labū-  
tur, is nāque alterū subleuat: at alter huc atque illuc səpissime fugit. In-

iæquali præterea loco is qui desuper est: satis sine proposito armare ui-  
 detur; ab eodē siquidem loco hostē attrahere nequim? : quē ab iferio  
 ni parte facillime cōtrahim?. Prope gentem etiam uel aliquid aliud  
 sustentaculū hostisue administriculū armare non licet, quū sacalignam  
 namq; ibi ponim? aduersarius tergo illic collocato nostrū caput cape-  
 re atq; premere potest: nos nāq; demissi manemus. At uerum si rota-  
 tionē facim? q̄uis is ignarus sit: alter aduersarii quum eleuatur pes in  
 pariete firmatur & nos ad ruinā in tergū compellit. Proceres in-  
 sumis & a loco quodā æque diuiso & ad eiciendū : & cōuoluēdū uti ī  
 palæstra quādo fieri assuesci supius demonstratū est: & ad quæcūq;  
 alia e terra subleuanda præstantiores sunt: tunc præsertim quū æqua  
 appræhensio utriq; cōceditur: & pari diuisione rem eādem aggrediū  
 tur. Nam quū quisq; suo arbitrio prædam uti fieri debet: siquirit: suā  
 conuenientiā singuli inuestigant: & quum æqua brachiorum lumbo-  
 rumq; diuisione congregiūtur: quādo auctior seſe erigit: haud aliter  
 minorem subleuat: q̄ eundem proceritate deuincit. At minor quāuis  
 in tergum flectatur caputq; prope terrā ducat: nōdum majoris pedes  
 dimouere potest. Quādo ab æqua brachiorum diuisiōe luctatur:  
 magn? quidam (sed a paucis animaduersus) excessus fieri potest. Ma-  
 nū scilicet quā alter sub nostro brachio mittit capere: illāq; in sua cin-  
 ctura collocādo deprimere, tunc & enīm si secū coniungimur: neq; is  
 multam resistentiā agere: neq; a nobis ut non facile eleuetur seſe defē-  
 dere pōt: si uel sacalignā uel rotationē armauerim?. Aliā quoq; q̄ lon-  
 ge meliorem astutiam hæc appræhēsio nobis ostendit: brachium si-  
 quidem in quo hostis arma gerat: capere & ipsimet adhærere parti ne-  
 is ictū agere possit: edocet. Et quum hinc hostis externendus est: nūq;  
 id nisi per rotationem uel transpedē fieri decet. Huiusmodi nāq; ma-  
 gnæ & in principio & per certaminis successū & si ob alias causas ob  
 hanc cæteris longe præstantiore maxime excellunt: quia illis nos ite-  
 gri aduersarios solo coæquamus, cū quib? nūnq; inuoluti cadendū ē.  
 Reliquæ attamen industria & tarde uenient: & dānum æque fere di-  
 uidūt. At armos & præceptores illi qui ensem in ipso uel certāine uel lu-  
 do capere præsumūt: ad nostrū brachiū deuēire permittēdi sunt: quo-  
 ilico sub suo mutato & rotationē opposita & a sua tū atq; ipetu facile  
 ruūt. Quū ali? præterea uel armat uel ictū cū robore facit: nūq; eo  
 modo quo stabam? opperiēd? ē: sed p̄ oppositū uel ab ifra sursū uel e-  
 cōtra uel pmutatis laterib? moueri debēus. Is & enī uim ī eā ptē q̄ nos  
 cōsedim? iſtructā directāq; ducit, quā eqdē ob rē ſilla uariat a nobis

& eius ars remittitur & uis magnope extenuatur. Si oēs equidē ictus exciperem? & cum multis decertandū nobis esset: facile lēderemur: & corpus nostrū corrūperetur: & quandoq; uinci necesse esset. Verum ut uim nostrā & ad tēpora & ad opportūa loca cōseruam? eodē modo hostiū ictus irriti deludendi frustraq; deserendi sunt: dūmodo eis resistere nos necessitas haud cogat. Nimium aut iram aut furorem cū his qui sese defendunt: tēperare ac mitigare debem?. maius equidem periculū sequi solet: si hostē in quois corporis actu mediocri ui præditū magnopere expugnam? q; cū ualido: si quando is detegatur nostros ictus agere expectam?. Is & enim qui sola sui præsidia querit: adeo prouidetur: ut secum nō nisi per stricta ac multū periculosa loca congregdi necesse sit: per quae & a nostra uī & falsa extimatione ad hostis optatum sāpe ducimur. Illud tamen negare non licet: eos qui ut protegantur effugiunt: difformes uideri solere: neq; ex seip̄is magnā operationē agere ualere: præter q; quū hostes aliquo ifortū quādoq; affliguntur, qui tunc etiā deuicti fere succubuisse iudicantur.

At uerum bona defensio aliud iter habere debet: nēo & enim multū resistere: si continue cōtrahitur: potest. Sed aut expectare aut tantā saltem moram agere debet: ut hostem deturbato ordie aggrediatur, exemplo itaq; aduersarius déterminato animo & sine ullo uel impecdimento uel mora inuadendus est. Si semper quippe retro fugerem? quicquid a nobis possideretur: facile amitteremus: idq; in hostiū posttestam deueniret. Is demū qui coniungi & strictiore pugnam desiderat: multū moderari debet. Sāpe & enim uel uoluntas uel appetitus adeo rationem obcecant: ut membra abiecto ordine ea loca petat: in quibus damnum non sine maxima ignominia accipiatur.

Ropugnādī mod? hic est: solutis uestibus in primis indui: & temperate & supra genua inclinate paululū incedere: & passus uel retrorsum uel in alterū latus saltem facere (anteri? siquidē pergerē offensiōis est) Manū & caput in pectore mittere perutile ē: & si locus in quo nos hostis astringere possit: adsit: in girum deambulādū est: & rotationē deuiationemue illi ponere quū uim ipsius emiserit: nimium iuuat, difficilior equidē ad eundem consternendū tunc labor est: nostram psonam scilicet deuiare subtrahereue (si ornati? dicere cū pieris) Sed qui offēdunt minutis passibus incedere & pedes ante corpus ducere debēt: illis nāq; qui anteriū eunt: ne retro cadant prouidere haud multum necessarium est. Satis etiam inclinate euriū neq; alicui parti iherēdū est. Brachia curta dare: ut q; primū apprāhē

damus: hosti proximi stemus uel eundem si oportuerit dimittere in manu nostra sit. Verum illud ubiq; siue oppugnadi siue prohibendi officio utendum sit: animaduertendum est: manibus scilicet mensu ram quandam deberi: qua utraq; idem regimen petere atq; obserua re uideatur, cui rei præcipua cōditio alia inhæret: corpus uidelicet supra pedes recte impositum semper conducere, ueluti fit quā arundo supra manū uel digitorum aliquē erecta ducitur, qđ nunq; bene fie ri potest: nisi ad eas partes ad quas arundo ipsa uel inclinare uel defi cere uideatur: pars illa gestans celerrime sustinendo adsit. Quā manus siquidem consistit uirgam illico cadere eiusdem rei expertis hominibus manifestū est.

Quibus conditionib; pro hostiū diuersis habitudinibus in palæ stra procedendū sit. Membrū secundū.

Vonā pacto circa complexionum varietates luctandum sit: quo magis a nobis eruditī præstent: adducendū est: ut ubi nostra membra uel defecerint: uel magnā difficultatem inuenient: aut ea protegendo aut euigorando roborent: uel illa subtrahendo in iisdē periculis incidere imorariue minime sinant: & hostium fortiores partes effugere imbecilliores uero expugnare cognoscāt. Sanguineus fuorem in principio dicit: cito tamen & deficit: & uires reītit. Quā ob rem magna cum solertia illi in principio resistendum est: & eius impetus tolerandus donec ipsemē disruptum patur. Breui siquidē in spacio extenuatur: minuiturq; & per totam demum personam q; celerrime deficit. Secum quoq; coniungi magnopere iuuat: tenuem & enim & in lūbis & in crubib; uim possidet. At ii qui robur in pectore: coxis: cubitisq; sortiuntur nimium e longinquō offendere possunt. Cū sanguineo flegmatico coniungendum est: isq; sanguinis impetu finito prius q; flegma ad certamen accedat: inuadend; est, quanq; illud ignorare non liceat: in iisdēmet complexionibus & uirium & anhelit; differentiam includi posse: quāuis eadē quāitas cum hītudine utriq; data sit, quibus attamen conditionibus assūtentibus tenuē discrimē orī assūescit: idq; inde prouenit: quia aliū aliquā corpulentiuscula excedunt: aliū uero depuratione & ossis & neuorū magnitudine præstant. Alimenti quoq; atq; locorum & habituum discrimina satis ad rem hanc conferre experiuntur. Carnis itaq; copia nimiam uim atq; celeritatem in principio tenet, quae tamen eadem hora deficit atq; soluitur. Sed qui ossium neuorūq; robur sortiuntur: neq; celeres sunt: neq; eandem fortitudinem prima in fronte demon-

strant: quis magnitudinē ac molē quandā non facile tractabilē atq; uertibilem repräsentent, quam etiam ob rem magna cū anhelitus p̄tinacia (ne patientiā dixerī) p̄ actiōes augent. At quū hæctā desperata ossium neruoḡ atq; carnium dissimilitudo iter hoies datur: rarissime easdē habitudines atq; complexiones possident. Cum colericis se iunctim̄ hac in re decertandū est. In lumbis siquidem cruribus atq; ulnis fortitudinē habent: quā ob rem quū prope assistunt: & utilitati sibi & hosti nocumento sunt. Iis equidem mēbris ex hac parte utū tur: quæ in illis fortiores sūt. Cum hac complexiōe tempus uel accelerare uel cōmorare non amplius prodest: q̄ eorū uel remissio uel ordinis negligentia ostenderit: quis minorem natura sui in principio uim immittere soleant: non tamē ut prope piculum accedant. Coleric? melācholicus fortior quū inceperit erit: & maiorem omni in tempore duriciem demōstrabit. quā equidē ob causam secum astringi non decet: id & enim suis artibus conuenit, q̄ quū quidq; appræhēdūt: illud deferere nunq; uolūt. Quā quippe partem ex huiuscmodi locis tenacius cōseruare queūt: sed illis qui permutations adamāt: modus hic nimū nocet. Melancholici quis non citi in opandi modosint: celeritatē ostendunt. semp̄ equidē excedenti cū duricie consistunt: qua propter tēperie expugnādi sūt. Ea & enim maius contrariū q̄ in ipsis inueniri potest: est. Secū coniungi ob rigorē nō decet: imo & quia plurimi inter eos nimia uim tenēt: & artē uel solutionē quib⁹ eam iuuēt: illaue recte utātur nequaq; hahēt. At quū prope adstāt: minima industria sufficere uidetur, ex hac nāq; appræhēsiōe cum agilitate luctari nequaq; potest: quā ob rē istius generis hominib⁹ propria est. Elōgin quo nāq; maiori sciētia atq; dexteritate (quæ ab eorū qualitate nō parum distare uidentur) opus est. Quum quidpiam namq; agere tentant: tantum tardare solent: ut aduersario eo modo cognitiōem dent: ut non sine magna difficultate sui conatus ad finem perueniant. Haec suæ qualitatis natura est: cui per artem rarissime contradicūt. Neq; citi enim in discendo necq; habiles in agēdo sunt, quam ob causam quū integris viribus homines sint: non nisi imbecilles superare queūnt. At leues atq; agiles melius quācunq; rem discunt: & cum solutiōe opant, eunt quippe redeūtq; & sine multo sui labore: & sine hostiū cognitiōe imo & quis uictoria potiāt: nihil ab iis demōstratū uel cōfectū esse uictis appet, q̄ qdē homines cū mediocri uirū integras actiones p̄ficiūt. At robusti⁹ eōtra agere expit: sed quū levitate prædicti sum: si hostes supareneq; ab iis saltē p̄tegi ualeūs, quā ob rē si sciētia

admisceatur eos quos leues gentilesue alias appellauim?: meliore par tem tenere dicimus: quis iter ignaros robustus atq; pôderosus homo fortior sentiat. Omnia nâq; iter eos rustice agenda sût, qbus melan cholicus longe propior q; leuis est: neq; aliter in cæteris laborib? illis contingit. Alter & enim laboré quia illu non sentit: alter uero ob ratio nem tolerat, a qua quû deseritur laboré fugit. Si æqua uiri copia ta mè utriq; detur: leuis lôge præstabat. Flegmatici & debiles & tardi quû incipiut: uéiut. Neq; dissimiles affectioes illis ostendere debem?: ut eos inopinatè inuadere possim?, quû eis præterea armam? celerrime & cù omni nostra ui fredi debem?. Laxitudo siqdé absq; sésatio ne terrâ facile hoc modo petit: neq; eos dé hoies téicare prodest, eorū si quidem uires per agitatione augeri solent: & parua temporis succedē te mora non tâ facilè ueniu in illis inuenimus uti antea ostendebatur: meliores siquidé in longu redundunt, cum quib? coniungi ob dupli cê causam prodest, quarû altera quia altitudine excedunt est, reliqua uero quia quû iclinari uolút: sup hosté magna ex parte icubere solét.

Flegmaticus melancholicus & si fortior & durior sit: min? tamen temperiei sortitur: quibus quum ad aliquam partem iclinant: ruina certissima est. At cum illis qui nostram et complexione proportio nantur: ad artem confugere cōuenienti? profecto est: q; naturâ utriq; fautricem insequi. Ille equidem quanvis parum sciret: nimium illic ob ipsi? naturæ similitudiné agere posset. Nâ ars non ab oibus quis si sub unica cōplexione consistat: cōmuniis habetur: præsertim quum ipsa idustria diuersimode p accidés mortales uti soleat. Eæ quas disservim? cognitioes præcipuae ac præstatioes in ipsa palæstra sunt: quis aliæ satis multæ scribi possét, quæ tamé nec facile intelligi possent: neq; earu noticia multu prodesset. At quû qspiâ ulteri? in hac arte pro cedere uellet, hanc uiam obseruare pene cogeretur.

Quæ leges in palæstra cōuenienti? obseruari debeat. Membrū.iii.

I Vtandi leges diuersimode habétur, quisq; & eni iuxta suæ pa triæ morè arbitriuue illis uti assuescit. At nos normam quan/ dam hic statuemus: quæ ab omnibus uniuersim recte obseruari po/ terit. Nec minor nec maior q; duæ ruinæ numerus in primis esse debet. Vna equidem ob infortunium aliqd dari poterit: unde uictoria nequaq; recte colligetur: & quû ultra duas transgreditur: alter ob anhe lit? defectione amittere uictoriā poterit. Quam quippe ob rem & ce ler terminus & ad quem cite deuenire possimus: statui debet, qui etiam non prius q; omnium uires ad pugnam accedant: finiatur.

Vestes in quib[us] luctandum ē: neq[ue] omnino solutæ neq[ue] obligatæ esse debent: quis nō nullis in locis nudi luctentur, qđ nō recte ob duplē causam fit, altera quia id indecorū atq[ue] inhonestū est: reliqua præterea quia luctandi facultas saepe armis coiuncta & semper cognata est. At in tempore quo uera pugna cōmittitur: nude prætare minime utile est: eodē quippe modo multū periculo paterem?. Nā si q[ui] sp[iritu]ā uestes dimittere uellet: aduersari? forte id agere nequaq[ue] permitteret. Quā ob rem cum caligis diploidibusq[ue] luctandum est: neq[ue] eæ uestes adinuicem colligandæ sunt: quis torax aluta quadā per cincturā coniungi debet: ut mediū undiq[ue] obseruetur, quū obligamur nāq[ue] habilitas tollitur: illis præsertim qui uel curtas caligas ducerent: uel ipsi indui insueti essent. Cadendi modus hic est: quādō ambo eodem instanti terram contingunt: is qui armat certe præstat: quanuis illi pretiū decerni minime debeat, uerū si qualevis præter pedes alteri? membrū prius solū peteret: ille uictor hic superatus iudicand? ē: neq[ue] semp[er] is qui uidetur ignorantium præsertim extimatione ad terram prius deuenit. Nonnulli quidem cum armant: tantū quandoq[ue] in tergū inflectuntur: ut illico quum hostis manibus cadit: ipsi super suū tergum decidat, qua in re e cōtra q[ue] deberet iudicium proferi solitū est, eum nāq[ue] qui offēdit: superatū qđ e contra est autumant. Quum alter quippe alteri anguigerā uel trans bucata magnā ponit: & supra illius corpus cadit: quis manus subtus ducat: recte uictor appellat. Neq[ue] ipse adhuc suā præstantiam postq[ue] in terra sunt: deserit. Interpres. At trans bucata & si hacten? a nobis neglecta ē: ob sui ineptiam id profecto factum est. Fit etenim hoc modo magna haec quū æqua brachiorum diuisione præsertim certatur, ducitur quippe tunc ad nos hostis eo brachio quod subtus implicatur: subitoq[ue] eius uicinius crus a nostro per bucam atq[ue] exteriorem partem adunce depræhenditur: quo sit ut nostri corporis supra suum pectus subita oneratione imposta: ille si ignarus sit: uel nō in tempore prouidet: in tergū ruat. At periti hoc in loco depræhensi in magnā illam quā medianā ab his spāis appelliari docuimus: nulla ineunte mora conuerti & nimium in tergum illud latus inclinari ut hostem conuertere atq[ue] externere subtus queant debent. Ad rē redeo. Si cuncti deniq[ue] qui hac in parte ab errant: puniendi essent: pauci admodū innoxii manerēt. Tenuis siquidem inter cōmūnē gentem differentia animaduertitur, siue quispiam uirtute & excellētia: an fortuna uicerit. At infortunia uel huiusmodi impedimenta ut non sine exemplis lectorem deseramus: in iisdē locis

maxime fieri assuecantur: quum pedes scilicet uel loci uel alterius rei  
inconstantia labuntur: uel quum capsæ uel sedilia uel alia istius gene-  
ris impedimenta locum in quo decertantur: impediunt, qua quidem in  
re eos maiori cum ratione uehementius increpamus, qui aliquid se  
scire presumunt: quod ignaros ipsos quibus & si uictorem uidetur causula-  
tet. At uero quâdo illud iudicare intendimus, quod natura in nostros  
animos suppetit: meliorem partem ut plurimū sequimur, quum quis  
piam nāq; ob aliquod simile infortunium in discrimen incidit: si eun-  
dem clare ac recte uictum appellamus: ratiōem offēdere uidetur. Semper  
per & enim in successu illa eius aduersa fortuna nobis occurrit. Nā  
quum retrahimur: uel ad aliquā partē uertimur: si calcaneis cuiquam  
obstaculo obuiamus: ob idq; consedimus: dūmodo sedile ipsum pal-  
marem magnitudinem altitudine superet: haud æque ruina appella-  
da est, nondum quippe in maiori parte uicti sumus: neq; tota ea pars  
in qua superati uidemur: hostis ut fieri assuecit. Verum quum pedes  
a sedilibus seiuicti sunt: si ab aduersarii impetu ruimus: quanuis  
in ipso successu obstaculum pedib; tāgam? summitti recte dicimur.

Quisq; & pro arbitrio & pro potestate sua appræhēdere debet: dū  
modo & a pudibūdis & piculofis abstineat locis ueluti gēitalia sunt:  
os: nares: oculi: capilli: gutturi. nam quum a iugulo uel ab alia simili  
parte constringitur: expirare uetamur. cæterū uero sua libertate singu-  
li utantur. Crura quoq; cruribus adiuicem suam pugnam conserere  
debent: neq; a manibus ulla in illis adulteratio permittenda est: quāq;  
& in germania: pānonia: bohemia: pollonia: aliisq; istis cognatis regio-  
nibus crura manibus appræhendere soleāt: neq; id sine aliquali quis  
falsa coloratione agunt: censent & enim omnia ut hostem superent: li-  
cere, neq; illud denegare auderem: si hac appræhensiōe aduersarii suc-  
cumberēt. Verū uti superius dictū est: quēadmodum luctandi facul-  
tas & armorū certaminibus fauet: & similis est: ut in cōtrarium casū  
nō icidat: eorum normā obseruare debet, nam quādo quisquis ferro  
decernens si superiores appræhensiōes ut infimas petat: deserit, quū  
is iam uictus magna in parte per conuenientiam appellari possit: qd  
homines hos hac in parte errare non dicantur. At nō solū in istis quas  
memorauimus regionibus hoc fieri solitum ē: uerum & pedibus &  
manibus solo innitentibus quadrupedum deambulantium more lu-  
ctantur. Quum natura demum nos erectos icidere sanxit: & binis pe-  
dibus mortales recte inniti (ut si sublimē caput ducerēt) uoluit: quae  
res etiam a ratione post longam explorationem excellens iudicatur, q;

præstantiorem & a natura & a ratione iudicatam partē ut deteriorem sequatur: contemnunt: an ipsi contemnendi sint: qui nondum intel ligendi uim obnubilatā habent: iudicent.

In utraq; britannia præterea nisi in tergum qui luctantur cadat: ruinam nequaq; nominant, quod dum ipsi efficere tentant: plurima sūi in terra deponūt membra, idq; propterea se agere dicunt: ut a'pe rius hostibus uinci sit, quod nequaq; licitum est, iam & enim ipsi se mel uicti ostenduntur: & quādo suus aduersarius eodem periculo qđ illi subeunt: subici uellet: nunq; illos tranquillo portu recipi sineret. At qui reliquos præter illum suum cadendi modos a ruinā genere excludunt aperte aberrant, quandoq; quippe siue deambuletur: cur ratur: saltetur: petaurizetur: uel alio motu exerceamur: quois mo do homo ad solum ruat: is' cadere dicitur: quæ res primum dici so let: indeq; quæ membra prius uel qua cum grauitate solum petierit peti assuevit: & quantum ad ruinā ipsam statuendam non minorem uim minimū q; maius membrum sortiri uidetur: quis ic⁹ impar fiat.

Interpres. Neq; domos præterea: rupes: arbores: columnasq; lap sis non cecidisse propterea dicimus: quia earum aliæ in latera aliæ ue pronæ ceciderūt: sed eæ omnes postq; id q; quis diuerso modo efficiant: ruinam contraxisse cum ueritate dicuntur. Hispani quoq; illi qui eam lusitanæ partem habitant: quæ nuper portugallia dicitur: si quispiā genua manusq; in terra sua uoluntate mittit: eūdem non cadere affir mant: quem tunc cecidisse fatetur: quū is rem eadē coacte faceret: qđ ob narrata inconuenientia nequaq; permittendū est: tum etiam ut scā dalum uiteſ. Is & enim qui genibus terram cōtingeret: id sua spon te fecisse: ast ali⁹ cōtra certe diceret, quorū néni in illo discrimine plēa fides exhibenda ē. Quas equidem ob causas: hispāiæ: siciliæ: & magna ex parte italiæ hac in remos obseruādus est: in quibus scilicet regioni bus seclusis pedibus nullum mēbrum sine ruinæ nomine i terrā ca dit: quāuis in nōnullis italiæ partibus atq; in tota gallia morē hunc contraria cōmixtione adulterare homines soleant. At dementiā illam demū qua non nisi resupini cadere iudicant: inter demētes uinolētos q; passim ubiq; perrare uidebis. In gallia cisalpia siue cispadana siue trāspadana cui⁹ caput Mediolanū cū tota insubria est: grauissimo re uicti balteo ( equino scilicet stafilo ut eorū nomine utar) luctantur: neq; multam uel astutiam uel dexteritatē adhibēt. Solū & enim illud agere & animi & corporis uiribus contendūt: quonam pacto alter al terum gestet: & a solo subleuet: genu quoq; atq; cluni tantum id p̄fū

cere conantur: forte rem hanc secuti sunt: quia ea illis haud parū conuenit. Carnis siquidem atq; ossium magnitudine abundant: temperati tamen nequaq; sunt. In terra græcia & si crura non capiunt: nolunt quempā ruinari nisi is solo coæquetur & in humo mensura sui distē datur. In maiori uero británia: quam angliam appellari in præstitia uidem?: linteis uel amnibus per collum circunligatis palæstram exercent: quæ postq; manibus appræhēdunt: tantopere in uoluunt: ut quandoq; ob spiritus reclusionē cadant. Quod inter perniciatis genera excellat: & quibus uersutis magis in ipsa re iuuētur.

## Particula. iii.

q Vū inter oīa pñicitatis genera: currēdi facultas utilitate præ stare uideač: & in ipsa mortales (quis maiori hoīum nūero id ignotum sit) satis ars iuuet, illi aciēm hanc dare ratio dictauit. At homines hac in re ab industria iuuari: omnes fere dubitant: neq; rem aliam præter leuitatem a natura sanctitam ad hanc exercitationem cō ferre concedunt, quam aliū in lumbis atq; cruribus esse uolunt, quod huic rei minime (quis consonū uideač) conuenit. Istorū siquidem mē bros uis maiori profecto impedimento q; utilitati esset: quis appareitia rationem aliā præ se ferre uideatur, nam uti cursus cruribus fit: & ipsa inde labore premuntur: uim quoq; adesse debere nō iniuria ostē ditur, quod tunc certe affirmaremus quū crurum tātum habilitate curreretur, uti manu clauū torquere: ferrūne aperire. Verū in cursu crura corpus sustinet: eaq; ab ipso citē: tarde: longe: breueq; mouent quæ quū graciliora sunt: illa corpus longe facilius gestat. Neq; experientia quæ idem testetur: longe abest. Nam si singulis cruribus pondēris librā unā alligamus: & decem alia in parte humeri superponimus: leuius uehemētiusq; ob locorū differentias cum maiori pōdere q; cū mōri decūrem?. Nam si uis in cruribus adsit: pōdus illis inesse necesse est. Ea & enim maiori grossedini semp adhæret. Nā qui pondē seorum sortiunt: quū currere innituntur: cadere sāpi? solent. At grossa crura non solū personā sustinere desinunt: uerū eandem tolerare ne queunt: præsertim tamē dam nū hoc per declivia deferūt: & per acclivia non sine magno labore & difficultate deportant, quā ob rē nō ex iis qui infimas habitudines habent: præstas cursor experitur. quā equidem ob causam grossedinem desuper per naturā q; per artem habere longe utilius est: quanq; uim ad eadem loca per industriam cōducamus. leuitas enim uel in ascensiō uel in aeris sustentatione depræ henditur. At si duo homines in aliquo excelsō loco ponuntur quoq;

alter grauis alter leuis corpore sint: si uterque eodem in tempore uel sa-  
 lierint; uel ceciderint: ponderosus celeri terram petet. At si scadere co-  
 guntur: et contra sequetur. Si uero ambo aequae ueloces sint: is qui  
 uim ad humeros deferret: diutius cum descenderent: per auram mora-  
 ret. Nam is qui formatione auctam possidet: iam itineris parte peregit:  
 & qui uim ab inferiori parte extrahere debet: & maiori mora idiger:  
 & nunquam satis amplam perfectionem in ipsa facultate consequitur. Uerum  
 hic ipsius naturae defectibus magna in parte prouidere edocetur.  
 Quum currere itaque uolumus: uis in pectore atque humeris pro posse  
 deducenda est. Corpus propterea rectum habere decet. Brachia parum  
 per curuata: apertae manus: coniuncti & nimio rigore distenti digiti  
 per cursum ire debet. Nam quum pugnos claudimus uis inferius delcen-  
 dere aperte cognoscitur. At hoc modo manibus instructis defuper co-  
 seruat: quam dum illic diutius retinere concupimus: cingulum quod  
 dam per lumbos nimium astrictum habere opus est: quae res persona  
 in altum sustinet. neque eandem quiescētis modo anhelare permittit.  
 At in cursu utrum anhelem? an spiritū minime trahamus? nequaquam sen-  
 tiri debet. Vix in competēti cursu lapillū fluuiatile quedam quam maxi-  
 me solidum ducere iuuat: qui & linguam quoquo modo infringidet: &  
 ipsa palato coglutiari non sinat. Crura adeo aperta ire debent: ut eorum  
 singula iter per se agere uideat: quae quum alterum super alterum glo-  
 merantur more implicantur: & si ornatoria uidentur: tarde transire aſ-  
 fuescunt. Punctae pedū parum ad extra ducendae sunt: neque aliae eorum  
 partes praeter polices terram contingere debent. Magni quoque passus  
 faciendi sunt. At quum singulis passibus singuli brachiorū ictus applica-  
 di sunt: neque brachia cruris alternari sed uniuersus sui lateris crus  
 comitare debent. aerem etiam longe quis alte atque coiuncte brachiis  
 secare decet. Pedes alte leuare: & crura per bucas non negligenter infle-  
 ctire: ut in posteriori extensione haud tempus amittant. quum in hunc  
 itaque modum decurrit: magni passus aqua penē celeritate uti mini-  
 mi fiunt. Uerum ut anhelitū diutius retinere possimus: corpus ad se-  
 xagesimum: septuagesimumue passum usque rectum ducere: indeque  
 uel ad. x. uel ad. xv. usque nō id incuruum aut aliqua ex parte iflexum  
 sed anterius propensum gestare licet: quo fit ut quum erigimur renouari  
 cursus: nobis incipere appareat. Confert quoque aliquantulum brachio-  
 rum colligare toros. Hæc denique ante dicta norma in quouis terræ si-  
 tu & prodest: & optima ē. Ut cum celeritate præterea quando signo  
 dat examus pedes & si separati pares tamen in ipsa meta consistere

debet quum alterū nāq; retro stat: totū illud interceptū spaciū amittit solet. Si cū sanguineo currēdū erit: longū atq; declīue currēculū eligēdū est, is & enim in breui atq; acclīuo currū nimium præstaret. At si flegma hanc complexiōne subsequitur: quia sanguis ad centesimū in altū it: & si inde cursus deorsum protrahit flegma incipit: & illi huiusmodi loci differentia contuenit, quo quidem in modo cæteræ complexiōnes se habēt, quū ad suam magnitudinē enim quæq; peruerit: iuxta eādem simul cū natura sua agit: necq; quidq; ex aliis sapit. Colericī mediocri modo quocunq; in spacio currūt: neq; in aliquo nimiū excellunt: præter q; cursum multum tolerant: & per plana loca præstantius eunt, neq; ullū illis hac in re maius cōtrarium compertū habemus: q; breue & declīue curriculū, quod prius q; ipsi solui & ardorē excipere incipiunt: finitū est, hoc tamen iuxta suā naturā terminos & tempus in quo meliores reperiuntur: intelligentū est: in anhelitus patientia namq; reliquos superat. Melancholi ci magno cum furore per locū aliquantulū scandente decurrunt qui si pondus supra se gestare deberent: cæteros uincerent. Quū at descēditur sāpe & manibus & pedibus innitunt: uel uerti saltē more pīlæ tum ob furorē rigorem q; atq; intemperie solet, nimiū laborem huiusmodi animantes tolerant, quū istiusmodi tamen complexiōnis multum quispiā capit: eidem per naturā pīcitas denegata ē, tūc præsertim quū uel pī plana uel nimiū inclinatiā loca currēdū ē, quo q; pī in loco carnis molicie nō autē intemperie opus ē, quæ res illis e cōtrario sunt, & quum caro a natura rigida ē: eandē lassare moderareq; pī industria couenit. Flegmatici parū in breui curriculo currūt, quū uis & enim illis euenerit iam ad terminū peruentū ē, ascensus huic complexiōni haud parum repugnat, ipsius namq; uires sui corporis molē superare nō possūt, quā ob rem illam per acclīua loca portare nō sine magna difficultate ac téporis mōra queunt. Mediocriter pī declīuem locum decurrūt: proceritate nāq; huiuscmodi homines præstare magna ex pte solent, quā q; pī causam magnos passus agere possunt uerum quum descendit: hanc passuum dilatationē tenuis uis tolerat: si ascendit uero nequaq; longe maior & enim ad id roboris copia requirit, ueluti quum scalā scandimus, quam tam cito penē transire solemus: si singulos gradus q; si binos in singulis passibus intercapimus, quod in descensu e conuerso expit, tunc & enim haud aliter nō strūm robur longū q; breue passum tolerat, quo sit, ut tanto celerius quis descēdat: quanto magis elongatur. At ascensus: mēbroq; duriciē

ut uehementior repcussio fiat: desiderat, descensus uero moliciē p. op  
positū appetit, quæ pedū ictus ad sc̄emora atq; lumbos cedendo pue  
nire non sinit, flegmatici itaq; in longū (uti pluribus in locis demon  
stratum est) eunt: neq; ulla tamen in parte celeritatē habēt: sed paruo  
cum discrimine ubiq; procedunt.

## Cursus &amp; pactiones.

## Caput. y.

q Visnam ordo in currendi certamine obseruari debeat: prose  
quéur. Cursus inter homines longitudo centum quinquagita  
passuum spaciū cōtinere debet, quæ quidē magnitudo inter omnes  
complexiones mediū possidere conspicit: & in maiori uel minori nu  
mero aliis excellens utilitas: aliis maximū nocumētum esset, sed ad  
hoc deniq; mediū omnes cōueniētia quadā (quæ nō æque singulis  
ea sit) deuenire queunt. Ii etenim qui magnam anhelitus patiētiam  
sortiunt̄: parū hinc transire possent: & qui hac anhelandi imbecillita  
te laborarent: non multo ante deficerēt. Verū cursus cum ea uehemē  
tia intelligēdus est: ut finis principio correspondere iudicet: necq; defe  
ctus uel excessus in ipso curriculo depræhēdi possit, quo quidē in mo  
do pauci mortales in orbe sunt, qui metam hanc transgredi queant.  
At si impet⁹ hic atq; celentas ab ipso cursu demandant̄: iam non cursus  
sed celer incessus dicēdus est. Qui discedendi signū currentibus  
dare præterea debet: uel baculū in utriusq; cōspectu ad solum laxatio  
ne quadā absq; aliquo impetu dimittat: uel ad tertią uocē sine aliquo  
motu eos dē ad certamē inuitet: ifq; nimium intueri debet: an ambo  
eodē in tēpore an successiue a mēta discedant, inter homines namq;  
pnicitate præstantes humerū ante mittere non tenuelucrum ē. At si  
p manus adinuicē appræhēsi extre cursores uelint: ligno quodam q̄te  
nui potius q̄ manibus abinuicē colligari conuenit. s̄æpe & enim quū  
p manus capiunt: & illas astringunt: & alter alterū detinet, qđ nulla i  
ipsius cursus parte fieri debet. Si id nāq; uel iustum esset: uel pmitte  
ret: nō debilis cursu præstaret: & currēdi facultas palæstram ipsam  
sequi uidere, qđ non tēue incōueniens fore, opus quidē hoc ab illo  
maxime differt, quam quippe ob rē neq; manibus neq; brachiis a cu  
bito deorsum impediti adinuicē qui currunt debēt, & ea conditione  
currēdū ē: ut qui id per maliciā fecerit (qđ sāne appræhēdi poterit)  
precium perdat: nec secus si uel pedē uel crus anteposuerit: a cubitis  
uero seorsum tactus minime prohibēdus ē, quum iunctū & enim ho  
mines decurrunt: nemo id sine magna currendi remissione prohibere  
poterit, quod quidē inconuenies ab anterioribus partibus nequaq; se

quit: sed si ambo demū æque cursum peragūt: quis ei qui signū pri  
caperet: preciū traderet: eūdem aliqua in re excelluisse haud recte u  
dicari poterit.

Quibus conditionib⁹ homines cum ipsis equis cursu quādoq⁹  
contendere queant. Caput.yi.

Onnullis personis uidet̄: saltēue dicere placet: iam sese homi  
nes uidisse qui equis cursu æquarent̄: quod inter pernicē ui  
sum & sarciosum equum fieri posset. At uero quū leues leuib⁹ & grā  
ues grauib⁹ applicare⁹: nemo mortalis iuxta naturæ institutionē  
ultra trigita passus equum consequeret̄. Illud tamen negare nō licet:  
aliqua pactione concessa homines cum ipsis uelocissimis equis cursu  
quādoq⁹ cōtendere. Veluti si equus corp⁹ in contrariā partē quā tur  
rere debet: permutatū habet: qui tunc cōuerti debeat: quum eius clu  
nis a currentis hominis manu percutit̄: sed si equus peritus in ipsa cō  
uersione ē: & is & homo nimia perniciitate præstant: utriq⁹ ē termin⁹  
satis æque diuisus prope sexagesimū quintū passum: quanq⁹ cum nō  
nullis uelocissimis equis ad centesimū decimū usq⁹ peruenire q̄ sp̄ia  
posset: quia multum dum uoluūtur inexperti equi tardare solent: qui  
quū celerē conuersionē haberet̄: & in sibi uel familiari uel noto saltē  
loco curreret̄: quemquam ante sexagesimum passum contigerent.

Quum a caudæ pillis capit̄: sexagesimus passus conueniēs termi  
nus est: huiusmodi nam q̄ appræhēsiōe homo haud multū iuuari po  
test: si parum & enim equi cursus nostros cruriū eundi facultatē supē  
rat: uel appræhēsionē deserere uel cadere uel utrūq⁹ simul præserti  
per acclivia loca facere: hominē cogit: neq⁹ id quidpiā equo nocet: dū  
modo is non trahat̄ in latus: ipse equidē antea cū furore currit: & nul  
lam uit̄ retro ponere potest. At nulla ex parte tantū spaciū hemi  
cum equo currere posset: q̄ si ex stafa appræhēderet: super quā innite  
ret̄: sed corpus ante equitis crus ducēdum ē: ut equi uis peditis bra  
chium impellat: & hominem anteri⁹ conducat: quū aliquātis per nāq⁹  
retro restam⁹: nos uel prædam deserere uel cadere celerime facit. Ut  
hoc tamē præstanti⁹ fieri queat: crura ut longos passus faciamus ni  
mīum eleuanda sunt: quæ quum in alto reperiunt̄: equi uis ea distē  
dere facit: sed si paruus passus fieret: ulterius ire nequaq⁹ p̄mitteretur  
Ex hac deniq⁹ appræhēsione cētesimus passus ambobus equo scilicet  
atq⁹ homini conuēiret: illud demum animaduertēdum ē: huiusmodi  
equos illarū regichum esse debere: in quibus eiusdē animantes uelo  
cissimi nasci soleant: homines uero uniuersim capi possunt: quis non

nullis in prouinciis pauci ueloces oriantur.

## INTERPRES.

n Vnc me q̄ plurima noua atq; incognita nomina dicere: exemplar imperat, quoq; nōnulla explanabimus: sed reliqua quum non nisi in ipsa arte uersatis hominibus cōueniant: sine quibus litterati hoīes p̄ticulā hāc itelligere oīno dubito: omittem? quā q̄ppe ob rem multū ibi uel tēporis uel laboris consumere dum illa dilucido: nequaq; spero. Quapropter etiā nomē nostrum ibi crebro intromitte re minime curabimus.

Nonnulla uelocitatis genera cum aliis ad id pertinētibus causis explicantur.

## Caput. vii.

u Oltear atq; trepar illa exercitia in primis hispani appellat: quorum illud diuersas conuerstiones super equum uel mulā agere istud uero aut in terra aut sup funem facere docet. Quæ quidem exercitia non parum grauedini nostræ repugnare uidetur: præsertim quā illa ipsa minimā industria requirat: q̄uis multum assiduam consuetudinem appetant ut utrūq; attame uel eorū alterum probe consequatur uires altas habere popus est: sed quanq; non tam præstans naturæ habilitas sit: uis ad opportuna loca per assuefactionē deuēit. Fere equidem extra naturæ ordinē est: hominē tam roboratum uidere: qui nisi brachia prius aptet: super ea ambulare possit: neq; quispiam tam debilis nisi per accidens est: qui si ea exerceat: eūdem in eadē facultate illa non tolerēt, ad recte uero uolteādum (ut hispanoꝝ nominē iterum repetam) & cum aura atq; gratia quæ reqruntur: pauci sunt. Quā in ipsa præterea trepatiōe (cuius artifices petauros apud maiores appellatos fuenio) saltare oportet: sanguineis: colericis: melancholicis uis non cōtemnenda inest, sed quādo inflecti opus est: colera cum flegmate præstare assueuit: temperiem quidē qua sustineri & moliciem qua inflecti possit: habet. In rotatiōibus autem quæ sup equū mulamue fiunt: sanguinei colericī: uel colera anteposita multū excellunt, citi & enim ac temperati transeunt, hæc & enim ars uim quæ corporis magnititudinem superet appetit. Nam quanvis tantum robur quispiam possideret: ut ingentia pondera gestare quisset: si sui corporis molem sua uis non facile uinceret: nihil hac in re peragere posset. Ad eūdū super funem & temperies & attētio maxima (quam tiento cū ampliori significatione hispani dicūt) reqrunt. Sed ut in sella ingrediatur graciitate indigem?: iis eqđem q̄ ipsi? sellæ extre mos muros (arzōes scilicet) in ipsi? ḡris tāgit: quis ob natūrā grossedinem id fiat: semper

illud leuitatis inopiae ab aspicientibus ascribitur, qua quidē in parte & optima gratia & mediocris statura qua equus praeponetur: conuenit, ut cum opportuna aura demum ubique confideamus leuitas requiritur, quas demum ob causas huius ceteri artifices sanguinei colorici esse merito debent. Neque causas ob quas nulla ex ceterarum complexionum numero hac in re numerum valere queat: silere uolumus. Sanguineus enim tam citate transit: ut iterem necessario ostendat, citate quoque deficit atque laxatur, quae res haud tenuem turpitatem causat, plures etiam rotationes eas scilicet in quibus attentione illa quam superius diximus: opus est: perficere nequeunt. At colericorum quum infirmas habitudines habeant: ut eas erigant: eo modo inniti debent: ut res deformat intuentibus appareat. Melancholici praeterea & modice & multo cum furore atque rigore assurgunt: & magnos ictus ubi consistunt: faciunt. Flegmatici demum neque se attulerunt queunt: immo & quum quoquo modulo eleuantur: haud tantum super brachia sustineri ualent: quantu[m] corp[us] in ipso transitu tardat. Quae praecipuae rotationes a mortalibus fieri queant.

## Caput. vii.

e A quae agenda sunt: nimium pri? q̄ agrediantur excogitari cōsultariq; debent: præsertim si de reb? maximis agitur. plures & enim dānum cū dedecore ob aliquā præteritam uictoriā receperūt, quae non tantū sua industria atq; audacia quantum hostiū negligētia illis parta est: neq; hostium atq; sui statum præteritū præsentēq; animaduertūt: neq; iter tēpora: loca: duces: gentēq; discrimina esse arbitrātur: sed omnia æqua atq; paria esse falio existimāt: unde suę uel solertię uel strenuitati atq; argutię uictoriā penit? ascribunt, qua i parte multum rationem offendunt. Iam quippe mortales & in temporebus & in locis sibi iuuantibus hostiū impetu sustinere & parua manu ingentes copias fūdere ob sui pessimum ordinem possunt, quod ob plures diuersasq; causas sāpe prouenit. E contra quoq; hostes nobis ob easdem causas præstantes esse possunt, quo quidem in tempore a certamine continere præsidiaq; parare potius q̄ fortunæ ludibrio se cōmittere optimum consilium est. Sanius quippe illud esse ducim? intra uallum consistere: q̄ illuc ire ubi ratio tunc accedere prohibebat: nosq; ibidem superari debere diuidicabat: quāuis eodem in loco tūc uictoriā ob eandem dementiam (ne audaciam dixerim) consequimur, quae nunq; prudentiæ aut fortitudini nostræ sed hostium infotū negligentiæ ascribi debet. Illos nāq; semper errare recte temenus, qui se fortunæ committunt: ni necessitas id agere cogerit: quae legem minime rumpit: ea quippe simul cum ægestate dilatatur.

Sæpe corporis prospera habilitas in disputatione possessoribꝫ no  
cere experitur.

Caput. xxv.

**I**sæpe bona corporis ualitudo & nimium membrorum robur in disputationibus nocent, cuius quidem nonnulli possessores quum contradicuntur: manibus potius q̄ ratione contendere malūt: de nonnullis atramen dico in quibus corporis uires animi rationem superant, quæ quidem pars eadem in re minime conuenit. At illi qui eo corporis munere carent: ut non tam prospere ad pugnos deueniat, eos necessitas quietare solet: aliter namq; agere minime illis contiueni ret: quanuis omnibus in rebus strenuitas necessaria sit: quæ tunc tam demens error esset: si rei de qua agitur substantiam dimouere mus. Quum ultra namq; eundum est: haud bonus anim? ille est: qui nos retro uertere imperat: neq; si nos spectare facit: quū uertere op? é.

Quā manifeste & sagittarii & iaculatores aberrent: quia missilibꝫ contacta corpora quanuis a cæteris sensibus absint: manu sentire s̄ garriunt.

Caput. xxvi.

**N**onnulli qui uel arcu uel balista iaculantur: quanam in parte feriant: quanuis neq; audiant neq; uideant: in ipsa manu senti re commentari audent, id namq; tunc fieri posset: dum missile pugno teneretur, a quo quum discedit: illico manus ipsa ab illa sensitio pri uatur: quia si uel in durum uel in molle dederit sentiat. Neq; illud tam denegamus quādo ictus auditur manui ueluti si tā geret specie aliquale ostētare solere: singula nāq; mēbra haud tantū ad se regēdū officiū hēnt: sed & ad reliquias cōversationē (ne cōseruationē dixerim) mun? possidēt, uisus equidē atq; audit? qd p eos discurrat: menti offe rūt, unde p cætera mēbra illud representat: quæ quidē organa simul unico cōsensu maiorē affectionis illi? portionē membro in ipsa actioē præcipuo cōdonare assūscūt: ueluti inter hos fieri solet: qui quum aliqua in re excentur: illi qui in causa præstantior est: uel gloriae uel penae meritæ maiorē partē concedunt: quonam equidē in modo ipsi artus ei qui in opere ducis mūere functus est: tantam uel hilaritatem uel mœsticiam representant: ut is quid feceris sentire fere uideatur. Verum si missile qd a nobis iaculatur tanto distanti? caderet: ut illi? ictū neq; oculi neq; aures sentirent: man? profecto nihil ab eadē re in dicaret: illa quippe haud aliter ea quæ prope assistūt q̄ quæ réotissima sūt: dūmodo utraq; nō tāgat: sentire nō pōt: teftis nāq; oculis au tribusq; obtusis quāq; in omne lat? iaculētur an in molli dure uero corpore missile feriat: nūq; iaculatis man? determinare ualebit,

Quam inane solaciū sit: ut in præsenti mōrō solemur: præteritā fœlicitatem recensere.

## Caput. xxvii.

d Etestandū profecto remediuū est in præsenti dāno præteritæ uitioriæ recordatio: plures namq; dū ignominia uel extenuare uel abscondere moluntur: eandē grauare assueſcunt, quod tunc crebro accidit: quū ab aliis cōuincimur, dici tunc q̄ppe solet: quis in præsentia uincamur: s̄æpe & ipsi uictoria potiti sumus, qui in tali re itaq; suæ iacturæ præſidium aſtruere contendunt: futili ratione certe muſiuntur. Nam quū ſummittimur minus dedecus nos inſequeretur: ſi nondum digni fama q̄ ſi alias præſtantes extitillem? in hostiū ſiquidem potestatē nihil aliud deuenire conſpicitur: qd ſui aduersarii amittunt, ſæpe & enim præſidiū illud uictis ſuccurrit: quū ſempſe & aduersam fortunā & pudibundā uictoriā comitem habuisse referūt, quo fit ut uictor defeffus abſq; uera uictoria reſteret. At ſi uictoria quā alias partam haberemus apud nos maneret, ea illi qui nos ſuperat: da ri non poſſet.

## Operis intentio roboratur.

i Am aliqualem normā dedimus: qua corporibus abſq; animarum iactura atq; dedecore uti poſſimus: & e contra animum abſq; nimia membrorum laſione fouere qui uellēt poſſent: quæ præcipua totius uoluminis intentio fuit: quum plures uideremus: qui dum corpus fouerent: animam negligebant: & e conuerſo. Ut horū utri itaq; optima mercede digni ſint: & illi & huic parti iuxta regi ipsa rū diſcrimina eos inſeruire debere haud immerito cēſuim?: corporis nāq; uel merita uel demerita & ad ſe & ad animā ſpectare uideſtur, quo corrupto haud aliter & id & anima reſtant: q̄ anteactae uitæ actiones expouſtulant.

Qua cōplexionum diuersitate ſingulæ gentes ſint præditæ: & per quas corporis actiones nimia ex parte exerceātur. Caput. xxviii.

q Vum differentiā quæ inter uariarū regionū gentes inueniri ſoleat: ab oībus poſſe depræhendi dubitaremus: aliquem diſcurſum ſupra eā rē nobis agere placuit, in quo prouinciariū quas pagrum? cōditionē aliquā dicem?. Neq; ibidē, pfecto reticebim?: q̄cqd p maximā reliquoq; hoīum copiā collectū hēam?: quis eoꝝ patria nobis ſuifa ſit, agem? itaq; i hac pticula quæ cōplexio ac magnitudo quæ uiſes quæ exercitia ſingulis gétiꝝ pluria ex pte(ne i genere dixerit) ſint. At exordiū ab ipſa noſtra hispania haud ſine ratione ſuēm?: quū ipſa

uel principiū uel finis totius habitabilis terræ uel firmæ uel detectæ  
 (si cum ipso auctore dicere cupieris) sit. Quæ quidem hispania medio  
 cres circa robur homines gignit: si tamē ab ipsa media corporum ma-  
 gnitudine declinare uidentur. omnes præterea ad hāc normam reduci  
 experintur, eosq; complexio uel coleræ uel sanguinis est: uel utriusq;  
 cōmixtiōe magna ex parte præstare uidetur: immo & quævis comple-  
 xio excedat: manifestissime cognoscitur, quod in omnibus imminenti-  
 bus: siccis atq; expeditis regionibus fieri conuenit. Et contra autem in  
 oppressis: humidis paludosisq; in satis multa etiam hispānæ parte me-  
 lancholia principiū occupat: quā ipse sanguis consequi ut plurimū so-  
 let. Hispani demū uirium multitudine minime præstant: Sed circa  
 rerum agibilium copiam ceteras orbis gentes facile superant: in reli-  
 quis nācq; regionibus circa duo uel tria exercitatiōis genera uersant:  
 sed in hispania omnia quæ ad hanc rem pertinere apud mortales no-  
 scuntur: cū tenuissimo discriminē amplecti experintur. Plurimi inter  
 eos sunt: qui & iactu & perniciitate non unico sed pluribus in modis  
 maxime excellant.

In ea deniq; hispaniæ parte quæ castella apud nostros nominari  
 solet: homines proceræ statura & auctioribus uiribus & qui in palæ/  
 stra nimium excentur: in illis montibus sunt: in quibus & hiberus  
 & Durius amnes oriuntur.

In illa demū lusitaniae portiōe quæ portugallia nuper uocitatur,  
 homines melacholici sanguineos magna ex parte nasci compertū ē.  
 eosq; plurimi satis amplis uiribus abundant: quæ ingenii perspicacita  
 te non præstant. Magni luctatores inter eos sed cum crassis uersutis  
 sunt, quas mira cum audacia obicere solent: neq; id profecto a sua cō-  
 plexione atq; consuetudine alienū est.

Siculi colericī melacholici sunt, quoq; patria homines & corpore  
 & robore bono procreare solita est. Palæstrā nimium excent: quā ob-  
 rem artis ipsius satis peritos artifices habent: leues etiam sunt: & in  
 girs peragendis quoquo modo ualent.

In italia medium nequaq; obseruat: quis magna ex parte debiles  
 sint. Nonnulli namq; ex iis (quāq; rarissimi) plurimo robore præstant:  
 q; sanguinei flegmatici demū esse solēt, quoq; sanguis fulgentissimo  
 nitore micat, unde imitando potius q; inueniēdo præstare sunt soliti.  
 satis leues homines atq; palæstritas possident, quarum utrāq; partē  
 cum sufficienti industria excent, inter proceres & mediocres statura  
 & graciles sunt, præter mediolanenses insubresue( ut tu? sermo lati?

soner) immo & omnes eos (ut tuerius dicas) excipe: qui a pado fluui ex utraq; ripa non longe distant: ii & enim corpora uastitate excedunt. At quū flegmatici melancholici sint (haud im merito sarcinosa nobis dicuntur) quis eoz nōnulli qui recte conditi exeunt: atq; si uires habere experiuntur.

In neapolitāo præterea regno: in apulia melancholici colericī na scuntur & eoz plures & uiribus & palæstra ualent: cæterum uti supe rius dictū est: reliqua gens sese habet.

Galli flegmate atq; colera proportionari sunt soliti: gens minime continua sed multū obliqua & magna inter se distantia diuisa est: len ti & enim ac debiles nimia ex parte sunt: sed & aliqui eoz singulares longo interuallo reliquos superant, qui tamen & paucissimi sunt: & uiri copiam tantū possident, quoꝝ quempiā illis recte uti scire ultra gallicū morem profecto accidit.

In britannia quæ in continentī est pene mortales omnes melācho lici sunt: & quāq; non proceres sunt: nimia latitudine præstant: uirib; etiā excedūt & multū in palæstra uersantur, quam tamē pingui modo exercēt: & reliqua exercitationis genera negligunt.

At uero in ultramarina britannia: quæ nunc anglia insula dicit: auctiores corpore & melancholici colericī sunt, nimiam uim quoq; possident & in palæstra & in iaculatiōe cū arcubus excentur.

Germania multos flegmaticos gignit: qui suæ complexionis natu ram aperte ostendunt: quos post Hegma colera magna in parte con sequi solet: eosdem etiam magnos atq; corpulētos esse sensus indicat: inter quos uel robore præstantes uel ad arduas actiones multū habiles uiros nequaq; inuenies: quis in rebus quæ manibus effici debent: ingeniosi sint. Neq; id tamen uel in uestib; domib; aliisue ornamētis sed in lignis gladio diuidendis ostēdūt: in quib; cōtiuo exercen̄.

In pannonia quā ungariam nuper appellari uidemus: homines bona proceritate & nimia latitudine oriūtūr: qui uel colericī melācho lici uel colericī flegmatici sunt, inter quos aliqui fortes corpore pro deunt: sed solutionis agilitatisq; exercitia minime excolunt. Interpres. Necq; rebus agendis sed igniāe potius atq; deglutiendi ingluuiei sese dedunt.

Bohemī quasi eadem complexione cū superioribus sunt: præter q; plus coleræ quoquo modo sortiuntur. Magna statura eriguntur quæ & ossium & neruoz; copia multum uegeta est. Palæstra nimium utuntur: quis quadrupedum more in ea incedere assuecant, isti atq;

britanni reliquos quos uidi uiriū copia magna ex parte superat: quis aliunde nōnullos particulares illis præstantes experti sumus.

In Pollonia: Tartaria: Rosia uel colera melancholiā uel e contra sequi assuevit: oēs fere eandē magnitudinē obseruant: q̄ neq; magni neq; parui recte dicuntur: neq; aliter eoꝝ uires seſe habent: in quibꝫ quidē & in cæteris illis finitimiſ regionibꝫ suam habilitatem & in pæſtra & in magni lapidis emissiōe mortales exercent: cætera & enim & euiciendi & leuitatis & ludorū genera quæ apud alias gentes haberit uisuntur: ipsi facile contemnūt atq; irridēt. Crasso namq; modo incedere & appetitu quem natura trahit sequi potius malunt: q̄ artes eas excolere quas ingenii acuitate inuenire (qui niterent) quissent.

In græcia homines media statuta sunt: hispanos nāq; magnitudine quoquo modo superant: quis illis corporis leuitate inferiores sint, satis sufficietes uires possident: & bene habiles ad quācūq; rem agēdam experientur. colericī sanguinei magna ex parte sunt: quorū colera perfectissima est. Quā quippe ob causam in nouag; rerum inuentione plurimi inter eos uiri claruere, in palaestra aliquātulū exercentur: & arcu iaculātur.

Quāq; scriptores principū imperia atq; potestatē sem per securi sint: & eis domi manentibꝫ regionū qualitates copiosissime describerent: ipsi quoq; ibidē gentiū qualitates & uidēt & cognoscere possunt, quonā modo ad suog; regum magnitudinē extollendam & hostium aduersitatem detestandā scribendi locum facilē habuerūt: sublimes materias perinde suscipere potuerunt: & ad earum ueritatē enarrandā multum iuuati sunt. Is namq; qui singulas ex se lustraret prouincias: in illis peragrandis quis earūdem qualitates nequaq; scriberet: multū laboris profecto susciperet, quas etiam non recte quidem cognosceret: ueluti si earum cultores atq; periti homines simul in ipsius rei examine concertantes haberet, qua equidem in parte multum itali utilitatis ob romanā urbem capiunt. Pueri namq; non solū exter nas gentes ipso intuitu cognoscunt: sed & bruta animalia ilico quum uident: cum suis discriminibꝫ dignoscere solent. At in hispania exter nos omnes gallos (immo franceses) ut suum nomē lector intelligas: dicunt. In pannomia uero quā ungariā appellari ostendimus: cunctos quos extra suos confines ortos uident: italos appellant: neq; secus de singulis regionibus discursum age. Nos præterea in aliis prouinciis minime stetimus: sed cæterarū nōnullos homines uidim?: cognovimusq; etiā alios qui ibidē immorati sunt, a quibus quā nā mortales habilitatem possideant: intelleximus, quam p naturæ rationē facile

(si oporteret) probare potuissimus.

In ea media Asiae parte itaq; quæ ad septentrionem ueritatem fortis homines nascuntur, nam quū ad meridiem quoquo modo declinare incipimus: mortales nulla in parte uiribus abundat: quāq; inter meridiem ipsum & occasum aliquæ partes humidæ simul ac motuosæ sint: in quibus homines melancholici flegmatici nascuntur qui & si uirium copia & corporum uastitate ualeant: non recte collecti (ne colligati dicam) sunt.

Quam imbecilli ratione illi fundentur qui stomachum in æstate frigidum in hyeme uero calidum esse: dicunt.

### Caput.xxix.

q. Vum de dispositione habilitateq; hominū alias scripsierimus:

hoc in loco causam aliquā assignabimus: ob quam in frigidis regionibus fortiores homines nascantur: quos pauci tamen doctrinæ dediti sunt: i calidis autem e cōtra corpore imbecilles sed & doctiores esse assuefecunt. Qui gelidas igitur regiones incolunt: propterea fortiores sunt, quia ad corporis uires tam augendas q̄ cōseruandas ciborū copia requiritur: quam assumere atq; digerere procul ab ægritudinibus: ob aeris temperiem queunt: qui frigidā patriam inhabitant, quæ res etiam cōmuni in quauis regione siue calida siue frigida ea sit habet: hyems nam q; æstate salubrior ubiq; experitur: tunc quippe a nobis cibi melius stomacho teruntur: Neq; id ob eandē causam quam apud plures falso arbitratam sentimus: profecto fit, qui stomachi calorem auctiōrem in hyeme q; in æstate esse fabulant. Nos uero ob auctā atq; rēperiatōrem habilitatem nostrā illud fieri recte arbitramur, quas quidē affectiones tunc præstantius habere solemus: quū proprius frigori adhæremus: qui quū calorē uersus declinam? longe laxiores & cum minori agilitate certe reddimur. At si quū sol ad suam auctionē peruenit: nondū tantā adipiscitur uim ut ad nostrū stomachū usq; p̄meare queat: longe humanū corpus penetrare est difficilius: q; uel tripli uel quadruplici testo atq; muro munita camera. Verum si æstatis tempore calor extra nos est: ea quæ remotiora sunt: uehementius profecto sentire solemus. Et si in huiuscemodi temporibus nos poros reclusos habere dicunt: per quos auius exeundi usus calori patet: non aliter de eius ingressu q; de exitu censendū est. Præsertim quū pori ipsi sem p̄ aperti sint: neq; unq; sine magno corporis nocum éto cōmēdi aditū negent: qui quū ob aliquā ægritudinē quouis in tempore clauduntur: longe maiorem in æstate q; in hyeme calorem eadē ipsa infir-

initate atq; pororū strictione manente sentimus. Nā si dum temporis  
 calor exuperat: stomachus frigidior est: quænā causa est? ob quā frigi-  
 dæ res illi tantopere lædere assuecant: quū gustui sapidissimæ sint. At  
 si quū frigora rigent: stomachus caliditate præstaret: min' profecto a  
 calidis rebus infestaretur: corrūpereturq; quū rerū cōseruatio sibi si  
 militudinē confusio uero atq; corruptio contrarietatem appetat. Quā  
 quippe ob rem quū frigus ab aliquo depellere cupim? illud calidis re-  
 bus nō iniuria fouere solemus: & e contra merito fit quū calor alibi  
 infestat. sed si stomachus frigidus consisteret: & illi frigida daremus:  
 frigidus humor ultra modū excederet: & si particularis calor propte-  
 rea a corporibus exiret: ut naturæ calori coniungeret: idem frig? suo  
 i tempore agere necesse esset, unde fontes in æstate calidores in hye-  
 me uero frigidiores experient: fieret etiam ob eadē causam ut ni-  
 trium in hyeme sudarem?: quia tunc & humiditate & frigiditate mul-  
 tum abundamus: quibus etiam tempus simillimū est: quanq; in cali-  
 dis balneis potius q; in niuosis montibus eos immittere mos est: in q;  
 bus sudorem ciere uolumus. Neq; quū humorē ab herbis extrahere  
 n̄itimus: illas cum rebus sibi simillimis eandē aquam dare cogimus:  
 nam si ita aquam uti ignem summitterem? nihil ex ipsis herbis profe-  
 cto prodiret: immo humorem potius imbibendo suam humiditatem  
 augerent: neq; quis uas illud in quo herbæ continerentur: nimio am-  
 biret igni: si illius pars aliqua caloris saltem adintrā non penetraret:  
 nihil ab ipsis herbis humoris exiret. Eoq; deniq; opinionē qui stoma-  
 chum in æstate frigidū in hyeme uero calidum esse garritabāt: falsam  
 esse satis ostendimus: qua in re inter cætera illud (quū ab omnib? sci-  
 ri conueniat) nequaquā negligendū est: quū calida in æstate frigida  
 uero in hyeme conuenientiora sint. Neq; ab istis superiorib? quis  
 satis aperte aberrent: multum admiramur: quū eoq; dementiam existi-  
 mamus qui hominū membra etiam ipso tactu in æstate frigidiora q;  
 in hyeme sentiri solere: palā affirmare audent: cuius rei oppositū omni  
 etiam medendi arte semota cognosci potest. Naturales si quidem cur-  
 sus & frigus & calorē nobis dare ac demere per singula minuta assue-  
 scunt: si natura itaq; frigida est: quonam pacto calorem nobis impa-  
 tiri poterit. si nos illū ob aliquam accidentalē confusionē non capim?  
 Iam & enim corpora quæ frigidis elementis constant: eadē conditio-  
 nem obseruant: neq; aliter & temperata & rigida & lenia faciunt. At  
 si in nobis & calor & frigus hoc eadem mensura semp inesset quū ab  
 aliquo auffugeret membro: ad aliud se transferret: quo fieret ut quod

reliquas portiones conciperet: nō minus aduersa ualitudine ob excessum eūdē laboraret: q̄ ea quæ ob defectū affligerent: q̄uis conuenientius apparet afflictis partibus subuenire: q̄ intra ipsum stomachum concludi: & cætera mēbra perire pati, quæ ēt discordia si adesset: humanū corpus nō recte plasmatū esse sequeretur, quū illius partes se se adiuicem iuuare contemnerēt, immo & si rem hāc alia naturæ occultissima ratio non sustinet: experientia nimia in parte cōtrariū indicat, omnibus siquidem in rebus quas uel calefacimus uel infrigidamus: quū hāc uel illa pars siue frig? siue calorem excipere incipit: id undiq; quoquo modo sentire solet, quanq; nō sine discriminē id fiat, hāc præterea partem deseramus: & illuc redibimus: ut bonæ digestionis uera causam inueniam?, quæ non nisi quū mēbra cōtentā atq; agilia sunt: debito in modo fieri solet: ualitudie quippe hac desinēt q̄uis nimium calorem habeam?: non solū min? noui cibi audi reddimur: sed & ab eo quem accepimus nimium impediri solemus.

Quapropter qui frigidā patriā incolunt: animosiores q̄ qui in calidis locis degunt: expiantur.

### Caput. xxx.

i Lluc autem regredi opus est: ut rationes reddam?: ob quas q̄ frigidam patriam incolunt: animosiores per naturā sint: q̄ qui calidas ragiones inhabitāt. Neq; ea in primis profecto est causa: quā nonnulli falso arbitrati sunt: qui sanguinis copiā illā esse dicunt. Cuius rei oppositū ipsa readiuuante paucis ostendam. Quæcūq; & enim frigida regio homines colericos melācholicos magna ex parte gignit quam sanguineos procreare, mōstruosum quodāmodo est: uti alias latius ostendimus. At in calidis regionibus magis ex sanguineis hominibus q̄ ex reliquis complexionibus nasci manifestū est, qui tamē ob id animosiores minime experiunt̄. in frigidis itaq; locis maiorem audaciā mortales ostendere satis notū est, quod propterea fit: quia roboris: habilitatis & salutis copia præstant, quæ quidem optimæ partes quū in calida patria desint: quanq; illius incolæ multū audaces per naturam nascant̄: parū fortitudinis ostēdere queunt, unde fiat etiā ut qui frigida atq; iminentia loca habitent: non nimium studio litterali sint dediti: plures rationes dari possent, sanitas namq; præcipua i ipsa uita mortali pars est: quam isti per naturæ uiam absq; alia accidentia li medicīa cōseruare queut. G. Neq; qđ uel loci uel studii: uel corporis ratio detrahit: cura restituere indigēt. Cibi etiā copia intellectum præceteris rebus hebetem reddere solet. At si u qui frigida regna icolūt:

si modeste circa uictū uiuerent: & liberalibus studiis incūberent: me  
lius q̄ in calidis ediscere ob aeris temperie & ob ipsius studii cōuenie  
tiam possent. q̄uis sanguinis complexioni concipiēdi excellētia praeſer  
tim cū celeritate merito tributa sit. In feruidis præterea regionib⁹ ho  
mines corpore debiles sed doctiores q̄ in frigidis effenō ab unica cau  
sa prouenire conspicitur: quāuis cōpositionē uel bonitatem cuiquam a  
natura sanctam hac in re minime considerem⁹: illud namq; multū  
difficillimū certe accideret: qui in nimī aſtantibus locis habitatēt  
multas uires cum agilitate possidere: q̄uis bona complexioē ad discē  
dum sanguinea ſcilicet conſtent, ſed nos prius de ipſo robore agem⁹.  
ad uirū ſiquidē augmentū cibi multitudine uti ſuperius dictū eſt: req  
ritur: quoſ q̄uis iſti poſſideant: illis ſuo arbitrio uti: ob diſtentionis pe  
nuria nequeunt. Plures etiam inde ipſos morbi infestarent, qui eis  
ex minimis excessibus ſaepē accidunt: unde illis & ſuā imbecillitatis  
maior pars & magis circa litteras infudare prouenit: neq; iſtud incon  
gruum accidit, nulla re namq; magis q̄ ſalutis coſeruatione mortales  
indigere uidentur: qui quā in calida patria degant: ſui medendi arte  
inquirere neceſſitate coguntur. At poſtq; diſciplinæ iter ingressi ſunt:  
per omnia ſcientias genera in geniuſ alas explicare & expedit & cōueit.

Quā ſola conditio ad colonos ditandos ſit ſatis.

### Caput. xxxi.

i N quacūq; demum parte ubi numerosae ac peregrinæ gentes  
conuenire ſolent: homines & industria & opibus breui tempo/  
repollent: q̄uis eorū ager ſterili ſit, neceſſaria namq; ab illis partibus  
deportant: in quibus uili comparantur pretio: quae ipſi indigenis ca  
rissime itineris difficultate adita uendunt. At ubi minor hominū cō  
uentus eſt: q̄uis ſolū ubertate præſtet: nunq; multas opes ob uile rerū  
pretiū accumulare incolaꝝ poſſunt.

Quā recte & ſi ſingulis creatis rebus portiōes aliquāe concedēdāe  
ſint: nulli tamē ob id totū tribuere deceat: cū totius operis exēplo.

### Caput. xxxii.

i N hoc tā breui uolumine tum de natura tū de habilitate mor  
taliū ſatiſ diſſufe tractatum eſſe exiſtumamus, quoꝝ cuiquam  
ea quā ſibi proprius conuenire uidentur: pro uirib⁹ dedicauim⁹: neq;  
ubi partē aſſignauimus: ibi totū collocare uelle de mēte noſtra q̄ ſpiā  
dicat: quanq; aliqui dū diſputant: eos qui portiōem aliquā concedūt:  
totum ipſum concediſſe uelint, quāe quidem opinio non ſolum deleri  
merito debet: ſed illius etiā defenſores nimium increpandi ſunt, qui

ad unius namq; aurei nūmī restitutio[n]ē teneri fate[re]: eundē in mille/  
 simo eiusdem pecuniae multiplicato numero teneri minime iudicādū  
 est. Neq; eos qui uno pede dū saltant: reliqui præstant: per ceterū  
 pedem illos ipsos superare haud recte dicere? At uero qui huiusce  
 generis sectantur opinione[s] decertandi p[ro]tinaciam adamare & sui er/  
 sorem latissime expargere uelle solum ostendūt: eis equidem qui per  
 bonū iter progreduuntur: uerū defendere satis sufficit: & rectae rationi  
 conformes partes cōstruere atq; approbare & eas quæ fraude pmixtae  
 sunt: uel delere uel saltē deserere debent. patrē præterea instrumentū  
 proximamue causam in ipsi? filii generationē esse minime negamus:  
 uerū si nullius alterius generis causa ad id accederet: is potestatē di  
 gnitatē q; qua sibi similē sobolem procreare posset: nequaq; posside  
 ret: illi namq; tantū in totū subiucimur qui mundū ex nihilo fecit, a  
 cuius uoluntate atq; potentia omni ex parte p[ro]demus. quū rerū itaq;  
 creatio ab unico tantū opifice constet: neq; creatura aliqua creidi po  
 testatem unde alia ortū cum ipsa substantia acciperet: habuit: uerum  
 singulæ res simul cum sua specie prærogatiuas a cōditore gratis cepe  
 runt: neq; priores ultimarū dignitatē atq; potentia demere extenua  
 reue potuerunt: quod quū ita fieret: non tenue inconueniens sequi ap  
 pareret: uideretur enim artificē in primis operib[us] potestate præstare:  
 in ultimis uero defecisse: quū & per rationem & humanam experien  
 tiam aliter potius fieri debere: manifestum sit. Illud attamen sem  
 per præponendum est: diuina pars (immo totum extra ipsum exéplar  
 ne infinitam illam substantiam posse diuidi quis existimet) semp eo  
 dem modo cōsistit: sed creaturarū discrimina illis tū ob sui necessitu/  
 dinem tum quia maior ipsius artificis excellentia ostēderetur: esse san  
 cta merito arbitrandū est. At res singulæ priuilegia per se possident:  
 neq; penitus abinuicem suppeditantur q[uod]is propter cōmune comer  
 tium necessitatē quandam efficiant: unde subiectio quædam orin cō/  
 spicitur. in unico quidem corpore plurima stant membra: quorū sin/  
 gula potestatē (abilitatemue ut cōtrouersiam uitemus) ad diuer  
 sum officium sortiūt. quāuis oia ad unicā cōseruationē creata sint:  
 quū pes claudicaret: manū mancham ob id esse recte dici non poterit:  
 quanq; ea etiam dolore aliquo afficeretur: neq; auricularis digitus pro  
 policis dolore deficeret, quæ quidem mēbra tamen a me uel pari ma  
 gnitudine constare uel æquā adinuicem iuuandi nocendiue facul/  
 tam sortiri: existimare nemo credat, nullū quippe membrū iacturæ  
 expers manere corrupto corde posset, qđ e contra non ex quo quis alio

artu necessario accideret: quanq; propter uni? digiti uitiationem totū  
 ipsū corp? dissoluti quādoq; uideatur: qd tamen inconueniēt nō nisi in  
 hac corporis unione accidit, quū illius namq; partes diuisæ atq; abso-  
 lutæ sunt: nō tantam habilitatē retinent: qua & lædi & iuuari adinui-  
 cem possint. Elementa nāq; non ob id carnem nostram premunt: quia  
 animata corpora sumus: sed tanq; materialem sui portionem nos affli-  
 gunt atq; iuuant: & uti nos a natura eorūdē superiorē corporē ineptiā  
 sentimus: haud aliter ipsa quam nos maculatos inueniunt: pro sui ge-  
 neris differentia facere uidetur: nam quāuis ab aliquo accidētū læsi-  
 sumus: ea etiam nos constringere solent, unde aliqd detrimentum ob  
 nostrā læsionem in se (suo modo) sentire: patet. At quanq; per natu-  
 ram si prærogatiuæ atq; particularia accidentia delerentur: priora cor-  
 pora magis secundis q; e contra præstanter: sāpe & per accidens & uo-  
 luntate regentis paria esse posse minime negare licet. In specierū nāq;  
 forma hominem ultime conditum fuisse legitur, qui reliquis longe  
 præstantior factus experitur: per qd quidem iter sāpe uulg? aberrat:  
 qui coniugium cæteris uiuendi sanctionibus ob primam sui consti-  
 tutionē præfert: neq; aliter præceptum in quo crescere & multiplicare  
 remortalibus iperatū est: extollit, quæ qdē ptes téporis illius inopiae  
 (ne necessitatē dixerim) cōformabātur. Neq; minus etiam belluis  
 crescere & multiplicamini q; nobis a deo ipso imperatum est: quæ qui-  
 dem omnes generare procurant: qua in re tamē nihil ueræ gloriæ me-  
 rentur. Vnde maior uis ad generationis sustentaculum in ipsius con-  
 cubitus uoluptate q; in præcepto sita esse apparet, quum deus ipse op-  
 timus maximus libidinem uetus: & plures ex adulterio nasci uidea-  
 mus. Nā si nostram iniquitatem cum ipsarum uoluptatum obedien-  
 tia supra rem hanc consideremus: si ob aliam causam humana stirps  
 non deficeret: quanuis & coniugium & multiplicandi præceptum  
 deesset: adhuc nostra soboles propagaretur. At castitas breui licentia  
 corrumperetur. In qua deus & maiorem asperitatem & laborem con-  
 stituit ut eandem obseruantibus maiora præmia merito tribueret.  
 Nostris & enim téporibus sanctitate potius q; multiplici personarum  
 numero certe indigemus. Et quanq; supra rem hanc corporis uolupta-  
 tem sequeremur: eandem pro animarum salute cohercere longe salu-  
 brius esset. Quam quippe satius illud omnib; est: uerum ubi ignari su-  
 mus: fateri: q; ut partes nobis ignotas defendamus initi. Nam q; ueri  
 similem de us quas dicit reb; solū dare curaret: id tēui cū difficultate

faceret: omni nāq; in re utraq; pars repugnantes inuenit causas, quā quidē ob rē ad ueritatē magis q̄ ad argumētō & nūerositatē ac quātitatē quā scribere possum: attēdēdū ē, quis argumēta ipsa aliquoꝝ & ati quorū auctoritate approbarēt: q̄ quonā pacto res nīmū arduas quas scribere aggressi fuere: itelligant: nescio, quū nondū se ipsos recte cognoscere nouerint, quæ res & iminētior & utilior dubio p̄cul fuisse. At forte maiores nostri: aliter circa sui ipsi cognitionē q̄ q̄ tēpore nostro sunt, procedebāt. Iuniores nāq; nondū tantū uerum atq; opportūnum iter ingressi sunt: sed & illi nondū adhārent: & si semel mutationē temporis uident: id quonā modo gradatim procedat: narrant, neq; illud confutādū ab illis est: partes & enī aliquas in hoie dant: quæ nullo pacto negari possunt: ut quispiā & enim cursu præstet: eundem corporis leuitate & anhēlitus patientia idigere dicūt, atletas præterea fortiores & magna dexteritate præditos præponūt, oratorē quoq; & pulchritudinem & faciei uenustatē cum bōa pronūciatiōe ac uoce habere debere per conuenientiā affirmant, in oibus deniq; ministeriis bonā naturā hilitatē cum arte atq; assuefactiōe oportere nō negant: uerū cuius cōplexionis corpora ipsa pro rerum discriminib; esse: & quonam modo exerceri debeant: & artis quam ediscere uolumus p̄fectionem uel quia idipsum nesciant: uel quia dicere nolint: omnes circa rem ipsam ignari uidentur.

### PETRI MONTIS PHILOSOPHI IN PARTICVLAM DE REBV S ABDITIS PRAEFACIO INTERPRETE .G. AYO RA CORDVBENSI.

At is superiorib; capitibus elaborauimus: ut rem aliquam quæ tum per naturam tum per experientiam cognosci posset: ostenderem: in hac uero particula quā in ipsius operis calce ponere aggredimur: id minime agetur: res & enim hæc uel permuto/ to uel multo difficiliori ordine saltem apprehendi pōt, nam quis ali quas ratiōes adducam: ex audientes nequaq; cogēt: neq; ea pars tan tam profecto uim sortietur: quin repugnantes altæ non illis substantia inferiores adduci queant: uerū quia inter aliquos haud multū me doctrina excellentes uarias opiniones circa rem hanc sensimū: meā ēt inter suas iserere placuit: nō tātū ut has aliquā p̄tē approbarē de/ fēderē: q̄tū ut neminē p̄ naturalē uel uia uel disciplinā similiū re rum certitudinē scire posse ostenderem, quas præterea rerū scientia nondū multū utilitatis hoib; daret. uerū q̄a nōnulli dū p̄ huiuscēodi

discursū progrederiatur: tēpora satis inepte cōsumunt: illis haud tenuē  
īpedim ētū paucis obiiciā: quo eos dē errorib? teneri demōstremus: de  
illis attamen dico qui circa elementorum syderumq; magnitudinem  
aliāmē istius generis eruditioē elabōrāt.

Quid circa rē hanc & ad aquā & ad humū spectet. Caput. xxxiii.

a. Qua atq; terra idem esse ex sua qualitate semp hēnt: quis ma  
gnā & frigoris & caloris differētiā tū ob supiorū tū ob reliquo  
rū iferiorū corporū participationē sāpē ostēdant. At q̄q aliq totā hanc  
causam nūc uicinitati nūc solis absentiā ascribāt: hēc res in illis cor  
porib? tantū obseruari posset: quā solo naturā beneficio regūtur: cui  
sēp ēt eo modo patere uidēt: quā accedēte sole numiū natura ipsa ca  
lefacit: discedēte uero ea multū frig? astringit: quis istiusmodi & fri  
goris & caloris discrimina: quā aquā ipsā quū scaturiūt: possidēt: so  
lis absētia causari possent: qā quū ætas supra nos est: hyems sub ipsa  
terra riget: quis quātū ad ipsiū terrā corp? attinēt: oēs extrisecas partes  
supra se habeat: quā tamē ob id a facie atq; tergore nequaq; priuata  
est: quā ob réalia in parte nobis opposita scilicet: nulla fontiū necessi  
tudo urget: quū nihil illic eos usus præstet: neq; res illic degāt quā  
eos ope indigeant: qui quidē fontes quū oēs hic prorūpant: quū sol il  
lic magis imoret: calorē illū quē rettulim?: ide eos ad nos portare: fie  
ri pōt: uti quū uas quoddā aquā cōtinens calefacim?: in quo quis fla  
mā subt? ministrētur: calor celeri? desuper ostēdi solet: quā ad rem ta  
mē maxia difficultas accederet: si uti nōnulli dicūt: res ipsa se se hēret:  
qui tūc i meridie breuissimos dies esse aiunt: quū in septentrione lōgissi  
mi sunt, qđ ēt nō tenuē iconueniēs esset: sequeret nāq; ex eo terrā in  
hac supiori parte lōge latiore q̄ in iferiori esse: nam in europa æstiuī  
dies quideci lucis horas cōtinēt: unde si totidem p hyemem in africa  
fortirētur: illud pateret: solē diuturniore morā supra terrā hāc portio  
nē q̄ subt? agere. Si terra præterea pilā forma hitudineū constaret:  
quā partē aliā sol radiaret: aliā e cōtra umbra protegeret: cui rei opposi  
tū nō deesse māfestū apparet: tūc equidē æquales dies ubiq; wideren  
tur: quā singulatim tūc sol uideret: quū ad eā partē in qua ipse sedēt:  
ueniret. At q̄sq; ecōtra uidere aperte poterit: sol eqđē ab ortu ad occa  
sū per ipsā meridiei plagā usq; quaq; excipit: fieret ēt ob illā quā isti  
cōstruūt terrae rotunditatē: ut quū sol in ortu laborē excitaret: occidēs  
sub nocte quiesceret: quā nunq; a septentrione discederet: sed ea pla  
ga potius perpetua nocte torperet. Quum illic nemo solē uideat nisi  
iam illum sub ipso mari sūmersum quodāmodo præsigietur: quās

quidē ob causas terrā ueluti tabulā coextendi dici par est. Quum dies  
 nāq; noctib; aliqua in regione præstant: eos dē idē in aliis conficere cō  
 pertū est: quis alibi lōgiusculi alibi breuiuscūlī sint: neq; id pfecto si  
 ne causa sit: differētia & enim hēc tū ob mōtiū oppositionētū ob ipsa/  
 rū regionū uel ad meridiē uel ad septētrionē accessū discessūq; pūeit.  
 At si pilæ modū terra obseruaret: ab illi? media sūmitate ad oceanum  
 usq; ex omni parte prospicerem?: nēq; ulla montium altitudo conspe/  
 ctum ipsū uetare quisset: ab iminentiori profecto loco aspectus deorsū  
 prōederet, & uti cælū quū suspicim? uidem?: ita infima a summitate  
 uidentib; discernerentur: qđ in planicie fieri manifeste prohibet: nā  
 quis terra quātū fieri posset: adæquaret: nunq; uidēdi facultas nostra  
 ad l. passuum milia usq; peruenire posset, nisi aliquē excelsū locū cō  
 scēderem?. Si experiētia præterea credendū est: plurimi montes in or  
 be sunt, q; terræ ipsi? mediū (ne culmē dicā) altitudine superant. Qui  
 quidem mōtes instrumēta esse expiuntur: tū ad aquas ad se deuehen  
 das tum ut illis ad mare reperēdū iter dent: qua& alias a suis fontib;  
 oceanū petere alias uero ab ipsius maris littorib; ad ipsam mediā ter  
 ram decurrere cōspicim?, qđ omnino ipossible esset: si terra pilæ for  
 mā sortiretur, qua& etiā neq; ob id rotunditatē cū ipsa planicie dese  
 rit. quā ob rem sol ē per ipsi? strictiore partē in hybernis dieb?: in nocti  
 b; uero p latiorē trāsire merito dicim?, in æstate aut e cōtra fieri cēse  
 mus. Tyrrenū præterea æquor a littore terræ discedere & ad ipsi?  
 mediū usq; penetrare uidetur, qua& si formā illā quā anteā cōfutau/  
 mus possideret: illud nequaq; fieret: ni ea pars media in qua h̄yerosoli  
 ma urbs cōdita fuit: tantū iclinaret ut gaditā portui uel cederet: uel  
 æquia altitudine saltē correspōderet, quod clare i cōtrariū appetet ali  
 ter & enim si ab ipso solo supra qđ aquæ sūstūt: ad montiū apices mé  
 sura caperetur: illi mōtes q; in ipsi? maris fine sunt: illos quos occasus  
 possidet: lōga altitudine superarēt, quā rē experiētia nequaq; indicat:  
 aqua nāq; tā profūda in ipso igrēssu q; in fine mēsuratur. Neq; atlan  
 thic? mōs: atq; ille alter q; niuosus nūp dicitur, ppe ipsā granatæ urbē  
 (A. de qua alias lati? mentionē agere speram?) assurgēs atq; ipsi pire  
 nei atq; italog alpes caucaso atq; hircanicis rīfeisq; cū cæteris eas re  
 gionū montib; altitudine nō cedere uidētur. At q; quis aliqui q; ab  
 occasu ad ipsam ethiopiam ut aurū deuehant: nauigant: se per acclive  
 mare dū eūt: decurrere dicant: & e cōtra fieri i ipso redditū affirmēt: id  
 nihil ad ppositam rē agere uidetur: q; sēper prope terræ littora nauig  
 ant, qua& si pilæ h̄itūdinē sortiretur: tam iferior occasus q; meridies

profecto esset. At quū in rectum continentem undiq; fugiétes per de  
scésum nauigarem? eos & cōclusio hād parū roboris sortiri uidetur.

Quā maximæ difficultates elementorū magnitudines ab hoib; scī  
ni prohibeant.

## Caput. xxviii.

q Vum terra itaq; plana ostēdatur: illis qui elemēta & distantiā  
quæ inter nos & cælū est: mēsurare uolunt: haud multū fauet.  
At si terra formā illā quā ipsi dicūt: haberet, nō min? grossediniſ q̄ lō  
gitudinis possideret, quo fieret ut cætera elemēta facil? diuidicari po  
tuissēt, quis certitudinē scire difficillimū adhuc foret: nam uti ea ua  
rias qualitates sortiūtur: dissimilib? et magnitudinib? ipsa cōstare ne  
cessēt, ito & illis qui p sphaeras a seip̄is suo modo cōstructas certā  
istarū rey mensurā hēre præsumūt suadentq;: long? atq; durissim? la  
bor accederet: si rem ipsā per experientiā defendere deberēt. Nā quū  
prop? foraminib? assistim? maiorē ex alio latere q̄ cū distatiōres sum?:  
spaciū magnitudinē uidere solem?. At ipsi in minimo orbe rotæ uel  
teribus duo foramina figūt: unde arctōn aliud eisd? suspiciūt. Vnde  
per unicū discriminis gradū tot stadia quāta ipsi annumerare uolūt:  
uel augent uel minuūt: quū nō tenuis differentia ab ipsius rotæ ma  
gnitudine prouenire iſpiciāt: potest & enim ex minimo erbe lōge ma  
ius spaciū expeculari. Et quis téporis numerū quē ipsi planetæ dū si  
gna pagrant: cōsumūt: annotatū hēamus: id nō nisi ob corundem rei  
teratū cursū adipiscimur: neq; spaciū ipsi? quātitatē ppea uel passibus  
uel ulnis mēsuraui? quā ob ré & si téporis morā quā in ipso itinere  
terūt: certe sciam?: & qua celeritate decurrat & quantā magnitudinem  
sortiantur oīno nobis ignotum est. An fortassis id facile illis cognitu  
est: qui solē ab occasu in orientē pergere uidēt: quis id ipsum a nobis  
pdifficile iudiceat: quēpiā scilicet: dū is ultra procedit: retro uerti ui  
deri. quod tamen si uerum est: nomina permute non sine ratione cō  
uenit: unde ipsum occasum ortum merito appellabim?. At si sol qui  
in hunc modum coacte decurrent per. xxviii. fere horarum spaciū gi  
rum unū peragit: cælum quod ipsum rapit: plures in eodem tempore  
confidere debet: sed eos qui talia dicunt: perspicua uidendi claritudie  
micare oportere maxie necesse ē. An forte id ppea finixerunt: quum  
nubes ad occasū ire ispererūt, quo facto stellæ ecōtra currere ui  
sūt, uel qđ ea fortiora corpora sint: q̄ min? materiei cōtrahūt: & uti pō  
dere dissidūt: ita fortitudine: leuitate: tépieatq; magnitudine diffe  
rant. At si grauiora in ea corpora quæ leuiora conuerti deberent: illa

in maiore quantitate spargi debere dicant: id nō parū dubitari potest: si eorūdē perfectionē assumere debuissēt. Nam quū e magno flegmā tico mediocrē colericū agere (cū ipsi<sup>9</sup> naturae permissoe) niterēt: mā terē potius deficere q̄ excedere credendum est: si hoc ad illius uigo/ rem reducendum esset: quanuis nouum illud corp<sup>9</sup> illi magno flegmā tico temperie leuitateq; præstaret, quanq; dum repugnantes materiae coniungūtur auctionem ob mutuā pugnam capere uidetur: nā q̄uis minime multiplicentur cōtradictio illa ut suas uires singulæ ostēdāt: causa est. Veluti quum quempiam sōno oppressum uel uirga uel alia huiuscemodi re cedim<sup>9</sup>: qui illico & cum furore expurgiscitur: & cum celeritate mouetur: non quia cruciatus uel dolor uires augeat: uerum eas in eodem momento declarare efficit. Si canem præterea cum Fele sibi domestico hoste in una camera icludimus: eos muros ubiq; inuenire & loc<sup>9</sup> sibi angustus esse uidet. Eodē quoq; modo quum ignem in aridis & quæ celerrime ardere queunt rebus incendim<sup>9</sup>: ubi singulæ partes suum uitare hostem maximo ipetu moliuntur: non q; ipsæ in suum contrarium imutentur: immo hic furor in omnibus materiis ostendi uidetur: in igne tamen maiori cum asperitate: ubi is namq; prædominatur elementata corpora breui momento dissoluit: consu/ mitq; ,quæ quidem elementa in sua simplicitate æque se defendere & reliqua expugnare ualent.

a T quāuis terra uti ipsi uolunt esset: eamq; ad oceanum usq; quaq; mensurata haberent: quis unq; tantū per mare nauiga/ uit: ut terram subtus deficere expertretur? & ad ipsius mensuræ certi tudinem totam terram siue teclam siue detectam includi necesse est, quam tunc ab alio præterq; ab ipsiusmet opifice mēsurari nequaq; po/ test. Et quanvis elementa ipsa in sua simplicitate rotunda sint: quid ipsum ad suam compositionem refert: ut eorum cuiuspiā certam mē/ suram habeamus. Iam equidem in ipsa quamplurimas differentias tum montium tum concavitudinum atq; planicie uidemus. In aqua quoq; flumina sunt: quæ suam latitudinem atq; profunditatem lon/ gitudine manifeste uincunt: plurima quoq; æquoris brachia per ipsius terræ uiscera diffunduntur. Aer itidem per uarias cauerias expargitur: quarum aliæ in lōgum aliæ deorsum aliæ uero uario mo/ do constant: neq; horum elementorum aliquod rotundum penitus tractamus. At affricam calidiorē europæ experiri: propterea fit: quia sol per ipsum meridiem quum supra ipsius terræ faciem est: inclinat: & quum subtus decurrit: septentrionem permeat: nō autem

uti aliqui c̄ēsent: q̄ solē eūdem æque ab oībus terræ partib? semp di-  
stare affirman: qđ tunc fieret, quū in ipsi? terræ cētro īdiuisibilis pun-  
ctus staret: qui quū corp? esset: & maiorē magnitudinē occuparet, ali/  
quæ sui partes nunc magis nunc min? soli approximari necessario co-  
geretur. Neq; id obscurū est: nullo siquidē in tépore sol tantū artos  
partib? inhæret: ut ad caeli ipsi? mediū usq; pueniat, quanq; in æstate  
cū nimia altitudine & ostendi & detegi assūescat( ne eundē oriri atq;  
occidi semp cū maiorib? dicam) qui ēt tunc cum sua rotatione maio-  
rem terræ portionē ad aquilonem q̄ ad austru semp dimittit, qđ sub-  
tus e contrario certe agit, quā quippe ob causā in illis insulis quæ iter  
solis occasū & ipsā scithiam adiacēt: quia sol separat a terra discurrit:  
in æstate p multū téporis spaciū uidetur, in quib? etiā minimū tépus  
cū sua opposita uicissitudine conspicit: quapropter nulla in parte sem-  
per equinoctium esse potest, tū ob terræ molem tum ob ipsi? syderis  
ascensum descensumq;.

Vnde fontiū discrimina prouēire iudicanda sint. Caput. xxxv.

e T si longū ob ipsi? materiei uarietatē discursū fecimus: ad fon-  
tiū dissimilitudinē explicandā redeundū est, quæ qđ differen-  
tia magis ob tépori uicissitudines q̄ alia ex re causā uideb: ueluti p  
pluuiarū: uentorū: niuium: cōgelationū & frugū quæ in ipsa terra imi-  
xta sunt: excessū uel defectū. Quas quidē res cōmixtio atq; repugnan-  
tia calorē tūc efficiūt: dū coquunt atq; ad sibi cōuenientia loca distil/  
lantur: qđ tunc uehementi? fieri solet: quū stricti? ab ipsa terra claudū  
tur. Neq; in prima die tamen qua frigus aduētare incipit: fontes cali-  
di experiuntur: immo eorum aqua tūc frigidior sentiri solet, uti ani-  
matū corpus sumpto de recenti prandio agere solet: qđ donec cibum  
concoquere incipit: frigus sentire assūescit: sed tenui succidente mo-  
ra æstuare cognoscitur. At quum magis magisq; cibi copiam cape-  
ret: maiori calore uexaretur, uuarum etiam multitudo in lacunari con-  
gesta non ob sui calorem sed propter cōmūnem cōmixtionem mustū  
ebulire efficit: quæ nūquā ab eodem proposito deficere experiuntur,  
donec confusione inde euident. Eodē quoq; modo terra atq; humor  
dū has diuersitates in se conceptas habent: calorem cōficere queunt,  
quanuis ea duo corpora id per se agere posse perdifficillimū appareat:  
alterum quippe humidū atq; frigidum: alterum uero siccum atq; fri-  
gidum est: quam ob rem dissimili materia( uel externo noctumento  
si aliter dicere malueris) ut id facere queant: indigent. Aqua namq;  
quanq; frigida est: tantum agitari potest: ut calorem excipiatur.

